

possit profanere de voluntate summi Pontificis, remittens debitum audiendi Sacri? Hac retulisse, retulisse est. Vide ea quæ dicta sunt loco supra laudato.

XI. Quæst. III. An qui legitima casse impeditus Missam omittit, teneatur, si possit, alias preces offerre Deo? Resp. Negat La-Croix Lib. III. p. 1. cap. 1. num. 601. atque, satis est ipsum abstinere a servilibus ac intentione ut colatur Deus, qui in Sabbato quiescit. Marchantius Tom. II. tract. iv. tit. 11. quæst. 111. adfirmat, peccare moraliter eum qui legitime excludatur a Missa, nullo alio cultu externo Deum veneratur. Hinc sententiæ subscribit P. Sponer tract. 111. in 3. præcepto Decal. cap. 1v. sec. 2. num. 36. Ad peccatum mortale quod attinet, non auidim expresse asserere, illi principio nixus, quod, ubi manifeste, & expresse non constat peccatum esse mortale, illud haudquaquam constituere nos debemus. Dico itaque, præfatum Christianum peccare: an postea peccatum illud mortale sit, vel veniale, me ignorare fateor: neque enim ratio evidens occurrit, qua evincere possim, esse mortale. Si tamen coactus essem patetescere, in quod ex duobus extremis propendeam; dicere potius quam veniale peccatum mihi appareat. Assertio hæc nostra ex his quæ superiore capite dicta sunt, manifesta est. Ibi namque demonstratum fuit pluribus rationum momentis, Christianos præter Missam rationem ad alia pia opera Deo offerenda teneri. Sufficit nunc in memoriam revocare id solum quod de cultu Deo debito vi præcepti divini, & vi præcepti ecclesiastici dictum est. Quandoquidem præceptum ecclesiasticum non fuit aliud mandatum, sed cultus indefinitus, quem Deus præscripsit, declaravit ratum esse debere Missæ auditionem; non tamen definit, omnem cultum a Deo præscripsum, Missæ auditione compleri. Itaque vi præcepti ecclesiastici non alium cultum offerre debetis: laicis teneatur præter Missæ auditionem; at vi præcepti divini ad plura alia obstringimur: eo quod non sit per præceptum ecclesiasticum substitutum debitum honorandi Deum exteriori cultu. Quando ergo Christianus impeditus Missam audire nequit; potest vero alias preces, & oblationes Deo offerre; quis cum ab hoc peno Deo reddendo solvitur? Quis dixerit, non debere hunc Christianum ullo actu exteriori Deum suum colere, & venerari, ad præceptum illud implendum. *Memento ut diem Sabbati sanctifices?* Placeat capiti isti, immo dilectionis suam imponere verbis D. Augustini ferm. celi. de temp. edit. Lov. *Offen-*

venus ergo diem dominicum, fratres, & sanctificemus illum, sicut et quibus præceptum est de sabbato, dicente legislator. Exod. xx. A vespe usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Videamus notum nostrum vanum sit, sed a vespere diei sabbati usque ad vesperam diei dominici sequestrati a tali opere, & ab omni negotio, soli divino cultui vacemus. Perpende Augustini verba. Iubet nos animadvertere, ne feriati ab operibus otium nostrum vanum sit. Sola ergo ab operibus cessatio, iuxta Augustinum, inutilis, vana, & sterilis omnino est. Quoniam idcirco Deus præcepit ab operibus servilibus quietere, ut liberius, & expeditius cultum, & oblationes ei litare possimus. Sed persequamur excriptionem textus D. Augustini. Sic quoque sanctificemus die sabbatum Domini, dicente Domino: Omne opus non facietis in eo. Teneat, ergo, cuiusque possibile sit, ad castellanam, atque nocturnam celebrationem, & certis ubi cum conventu Ecclesie pro peccatis suis Deum. Qui vero hoc non potest (en assertio nostra) saltem in domo sua orat, & non negligat Deo solvere votum, ac reddere postum servitium. In die vero nullas se a sacra Missarum celebratione separet, neque in vacatione se occupet, & diabolico mancipetur officio, circumvagando campos, & silvas, clamorem, & echinorum ore exaltans, non gemitum, nec orationis verba ex intimo pectore ad Deum profertens.... Adhuc quoque, quod valde dolendum est, conquiri solent, qui sicut aliqui, & maxime potentes istius mundi, qui cum veniunt ad Ecclesiam, non sunt deore ad laudes Dei celebrandas, sed sicut prætorum, ut abbreviet Missam, & ad eorum libitum cantet: nec ei licet morem ecclesiasticum sequi propter illorum gulam, & avaritiam, quatenus unus punctus diei ad Dei officium, & reliquum diurnum spatium cum nocte simul ad eorum deputetur voluptates. Nolite fratres mei dilectissimi, hæc facere, nolite hæc facientibus consentire: quia non solum qui hæc faciunt, sed etiam qui consentiunt scientibus, perent. Monstrum reputat Augustinus unicum diei punctum Deo consecrare, ceterum vero tempus diei sacri prodigere; media diei hora divinis vacare, & reliquum diem sacrum voluptatibus, oblectamentis, vanisque rebus operam dare. Neque reponi potest, non aliud, nisi consilium, & piam adhortationem, Augustini verba continere; quoniam Augustinus præceptum divinum sanctificandi Sabbatum exponit. Non ergo consistit solum, sed quoque præceptum ipsum imponit, patet.

LIBER SECUNDUS DE QUINQUE ECCLESIAE PRÆCEPTIS. DE SECUNDO ECCLESIAE PRÆCEPTO, QUO CERTIS DIEBUS IEIUNIA PRÆSCRIBUNTUR.

DISSERTATIO PRIMA. PRÆLOQUIUM.



ON omnes eundem Ecclesie præceptorum numerum constituunt: quoniam alii quinque, alii sex enumerant. Diversitas inde oritur, quod quæ lex admittunt, primum de festorum sanctificatione in duo tribuunt, quorum unum prohibet opera servilia, alterum Missæ auditionem præcipit. Qui quinque tantum computant, præfata duo præcepta sub uno comprehendunt. Ordinem quoque in his recentendis præceptis variant Auctores: nam præceptum ieiunii alii quarto, alii secundo loco constituunt. Varietas isthæc nullius est momenti: nos autem breviori ac trifidiori methodo inhaerentes, quinque præcepta Ecclesie numeramus; & secundo loco illud quod statim temporibus ieiunia præscribit, collocamus.

II. Tria integra volumina de ieiunio typis publicis editi, lingua vernacula duo, latina tertium. Primum inscribitur LA QUARESIMA APPELLANTE &c. Tanta tunc temporis excitata commotio est, ut controversia celebris (utrum ieiunio obnoxii illi essent qui ob spiritualium ciborum fastidium carnis vescuntur) ad supremum pontificum tribunal deferretur: & continuo emanavit diploma, quo præfati dispensati ieiunio subiecti declarati fuerunt. Cavillari Decretalem pontificiam ceperunt benignioris Ethices patroni, iniquentes, adhortationem illam continere, secus præceptum: quæ effugia ut tollerent Pontifex summus BENEDICTUS XIV. aliud BREVE edidit, quo luculentius præceptum expressit. Que duo BREVIA interpretatus sum altero opere inscripto, LA DISCIPLINA ANTICA, & MODERNA della Romana Chiesa interno al digiuno &c. Nec tamen idcirco acquieverè laudati homines adverte sententias fautores; sed ex Hispania plura Romam missa sunt postulata dissolvenda: ad quæ rescriptum dedit BENEDICTUS XIV. Archiepiscopo Compostellano directum. In quod rescriptum Commentarium edidi. Quartam denique Pastorem pro exactiore ieiunii observatione edidit Pontifex summus. Hæc quatuor pontificia diplomata isthæc transcribere destinaveram; sed melius consultus Tom. I. Apparatus inferenda remitto, quia propriam sedem habebunt in Bibliotheca istius nanda.

CAPUT I.

Communis ieiunii notio, & variae species. Divina lege in Scriptura sacra præceptum est. Quid de eo sentierit hæretici tum antiqui, tum recentes.

I. Ieiunium in sua generali significatione importat abstinẽtiã a cibo: ieiunare enim idem est ac non edere. Hoc nomen ieiunium quatuor modis accipitur, seu quadruplex est ieiunium, spirituale, morale, naturale, & ecclesiasticum. Ieiunium spirituale dicitur abstinẽtia a vitiiis, iuxta illud Iſaia lxxvii. *Nomen hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes.* Quapropter ait Auguſtinus tract. xvii. in Ioannem: *Ieiunium magnum, & generale est abſtinẽre ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus ſæculi.* Quod & Hieronymus confirmat cap. xvii. in Matth. *Ieiunium est non ſolum ab eſcã, ſed a cunctis illicitis abſtinere.* Ieiunium morale est parſimonia in cibi, potuſque ſumptione iuxta temperantiã regulã. Ieiunium naturale est abſtinẽtia ab omni proſuſo cibo, & potu. Ieiunium eccleſiaſticum, de quo ſolo in præſenti tractatu ſermo erit, deſcribi ſolet hoc modo: *Eſt abſtinẽtia a pluribus reſectibus, certoque ciborum genere ſecundum Eccleſiã regulã.* Dicitur abſtinẽtia à pluribus reſectibus, quia in unica reſectioe ſita eſt eſſentia ieiunii eccleſiaſtici, ut ſuo loco ſuſius palam fiet. Nomen cibi ea intelliguntur quæ apta ſunt ad alendum corpus, ſive per modum cibi ſumantur, ut panis, caro caſeus, ova; ſive per modum potus, ut mel, lac, utculum, chocolates, & ſimilia. Sub nomine autem potus ea veniunt quæ referuntur non ad corpus alendum, ſed ad reſtinguendam ſitim; ut ſunt vinum, aqua, cerviſia, & id genus ſimilia: quamvis enim hæc etiam aliquo modo nutriant, ſuapte tamen natura ad alios effectus ordinantur, prout ſuo loco dicitur. Quæ ad morbos pellegendos referuntur, non cibi, vel potus, ſed pharmaca nominantur. Regulas porro quæ in ieiunio Eccleſiã ſervandas præſcribit, infra explicabimus. Illud ſolum admonere iuvat, ieiunium appellari eccleſiaſticum, non quia nullum ſit ieiunium niſi ab Eccleſiã indiſtinctum (plura enim ſunt ieiunia libere ſuſcepta, & ratione voti, vel profeſſionis, ut monaſtica) ſed dici eccleſiaſticum,

eo quod obſervari debet iuxta regulas ab Eccleſiã præſcriptas.

II. Ieiunium ſecundum ſuam genericam conſiderationem præceptum eſſe a Deo, Scriptura ſacra teſtatur. Quandoquidem Ieſus 11. hæc habentur. *Convertimini inquit Deus) ad me in toto corde vſtro in ieiunio, & in ſtetu, & in planctu.* Iona 111. *Deus Ninivitis ieiunium indixit, quo animæ ſordẽs eluerent, ſuamque iuſtitiam, eorum peccatis lætam, placarent. Et crediderunt viri Ninivite in Deum.* & prædicaverunt ieiunium, & vſtri ſunt facti a maiore uſque ad minorem, Rex Iſaſaphat, pugnatuſque ad verſus Ammonitas, Moabitæ, & Syros, ieiunium populo præcepit II. Paralip. cap. xx. *Iſaſaph autem timore perterritus, totum ſe conſtitit ad rogandum Dominum, & prædicavit ieiunium univerſo Iuda.* Hoc eodem ſeuto uſus eſt populus, ut Holofernis arma propulſaret. *Clamavit omnis populus ad Dominum iſtantiã magna, & humiliaverunt animas ſuas in ieiuniis, & orationibus, ipſi, & mulieres eorum.* Quibus Sacerdos Eliachim, qui ieiunium populo indixerat, victoriam promiſit, ſi in ieiunio, & præcibus perſeverarent. *Tunc Eliachim . . . ſcivitæ quantum exaudire Dominus precis vſtroſ, ſi perſeveraveritis in ieiuniis, & orationibus in conſpectu Domini.* Iudith 1v. *Either quoque, ut Iudæos interfectioni ab hoſte Aman paratæ ſubduceret, ieiunium indixit præcepit. Eſther hæc Mardocheo verba mandavit: Vade, & congrega omnes Iudæos . . . Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus. Et ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo.* Eſther 1v. Plurima alia quæ ex Scripturis promerere poſſem, miſſa facio, alibi relaturus.

III. Antiqui hæretici non modo ieiunia non negabant, ſed erroneis quibusdam momentis innixi plus iuſto multiplicabant. Recentẽs vero, ut Lutherani, & Calviniſtæ, concedunt ieiunium præceptum fuiſſe in veteri federe; negant autem eidem obnoxios eſſe Chriſtianos, legis vinculo ſolutos: quia inquit Apoſtolus Rom. 111. *ſcimus autem quoniam quæcumque lex loquitur, iſtæ quæ in lege ſunt, loquuntur.* Nimis caſſa eſt

eſt aberratio. Quoniam, abrogatis ceremonialibus mandatis veteris legis, certum eſt conſidere moralia, & naturalia, cuiuſmodi eſt illud quod ieiunium præcepit. Hoc conſtat ex ipſo Evangelio Matth. vi. *U autem cum ieiunatis, unge caput tuum, & faciem tuam lævam, ne videaris hominibus ieiunans.* Veritatem hanc confirmat Auguſtinus epiſt. xxxvi. olim lxxxvi. ad Calulanam. *Ego in evangelicis & apoſtolicis litteris, ratogue inſtrumentis, quod appellatur Teſtamentum novam animo id revolvens, video præceptum eſſe ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto Domini, vel Apoſtolorum non invenio deſinitum.* Iacobus Picenius Calvinilla in ſua Apologia pro Eccleſiã reformata, ſeu veteris deſormata, ſuſtine exarata, & Coſte in Reſiſia typis edita anno 1706. cap. x. art. 1. num. 8. ut ſuo decepto populo ſuam faciat ad ludatam Auguſtini textum truncatum exhibet, quod vincat, ex Auguſtini mente ieiunium non eſſe præceptum. *E mirabile ieiunium, quod Picenius, in detto di S. Agoſtino.* Deinde ultimum membrum recitati ſextus in italicam linguam verſam promit. *Io non trovo in tutti i libri del novo teſtamento deſinito il tempo in cui ſi debba digiunare.* Dum hæretici, quæ iuris ſunt, interpretantur, illis quodammodo ignoſco, ſi a maniſeſta veritate, quæ ſola divina luce, qua ſunt deſtruit, conſpicitur, aberrant. At ipſis veniam dare non poſſum, cum eos videam, quæ facti ſunt, quæque ſe oculi ingerunt. omni honeſtate, & ſinceritate poſſe polita aut denegare, aut impudenti fronte pervertere. Præceptum ieiunii, quod Auguſtinus in Evangelio ſe reſepit teſtatur, Calvinilla ſilentio præterit; & tempus ieiunandi, quod in Evangelio minime præſcriptum eſt fateatur Auguſtinus, ac ſateatur Catholici omnes, in medium adducit. Hinc autem inferi nullo modo in Evangelio præſcribi ieiunium, eo quod dies quibus ieiunandum eſt, non ſunt deſiniti. Quod ſi eſt ſua dialectica hæc promeret Picenius, tolerandum utramque foret; at, quod auctoritate Auguſtini, maniſeſte oppoſitum docentis id confirmare velit, fraudis & male fidei ſeipſum condemnat.

IV. Duo teſtimonia opponere ſolent recentẽs hæretici, Lutherani, & Calviniſtæ. Primum deſumptum eſt ex Eſychie *Lit. VII. in Levit. cap. xxvii.* aſſerente, numquam a Deo præceptum fuiſſe ieiunium. Alterum ex Theodoro, qui in hiſtoria teiſticia reſert, Marcianum dixiſſe Avito:

ſcimus caritatem ieiunio præſtantioſum. Hoc enim divina legis opus eſt; ieiunium vero poſteſtatis noſtræ, & arbitrii. Ad primum reſpondetur, Eſychieum loco laudato loqui de ſiſ quæ Decalogi præceptis iubentur: recte proinde aſſerit, ieiunium vi Decalogi non eſſe præceptum. Ad ſecundum eſt hiſtoria Theodoretæ reſponſio patet. Marcianus ſiquidem, & Avitus de ieiunio monaſtico libere ſuſcepit, non de eccleſiaſtico, in vicem colloquebantur. Verum ſuſtus de hoc infra.

CAPUT II.

De ciborum deſectu. Ieiunium Eccleſiæ catholicæ caritatem eſum numquam admittit. Hæreticorum errores, Latiniſ aberrationes reſeruntur.

I. Quamquam animus non eſt evincere, omnia ieiunia quæ Iudæi obſervabant, fuiſſe cum abſtinẽtia a carnibus; utramque tamen res abſtinẽtia in veteri lege te ſe habuerit, nihilominus etiam tum temporis aliqua faltem ieiunia carnum eſum excluſiſ, certum eſt. Idque colligitur ex Daniele Propheta, qui formam ieiunii deſcribens, hæc habet cap. x. *Ego Daniel lugubam triam hebdomadarum diebus: panem deſiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum; ſed neque unguento unctus ſum.*

II. Sed, ut ut ſit de Hebræorum ieiunio, certum eſt Chriſtianoſ a primordiis Eccleſiæ ſemper in ieiuniis fuiſſe, & poſtillimum quadrageſimalibus a carnibus abſtinuiſſe. Priuſquam vero id oſtendo, hæreticorum errores pacis recenſeam oportet. Atque ut ab antiquioribus incipiam. Ebionitæ, Encratitæ, Euſthiatiani, Pricillianiſtæ, Apoſtoli, omnium animalium carnes immundas eſe dicebant. Manichæi non modo carnes, ut immundas, ſed etiam vinum reprobant: quam hæreſim, quod attinet ad ieiunium, ſecutus eſt Mahometus. In alium omnino contrarium extremum lapſi ſunt Nicolaitæ, Valentiani, & Iovinianiſtæ, qui nullas omnino carnes, neque in perpetuum, neque ad tempus, neque aliquibus perſonis, interdici poſſe eſtimatebant. Hanc hæreſim amplectati ſunt hæretici recentẽs, Lutherani, & Calviniſtæ, alioſque eudammodo errores: ſiquidem in ieiuniis non ſolum improbant ciborum delectum, ſed etiam negant ieiunia eſſe opera meritoria; & catholicam Eccleſiam damnant, quod ieiunia lege obligante

in conscientia præcipiat. Hos omnes errores paucis profugiabimus. Et ut a primo auspiciemus, Ecclesia catholica in ieiuniis nunquam efum carniæ admittit. Quod Patrum tum Græcorum, tum Latinorum relictionis evincit. Et ex Græcis quidem S. Basilus, ut communem Christianorum consuetudinem, professi abstinentiam a carnibus ieiunii tempore. Hæc enim scribit hom. 1. de ieiunio: *Carnes non edis, a vino abstinere, vesperam expectas, ut cibum sumas.* Theophilus Alexandrinus, epistol. 111. quam latine reddidit Hieronymus. Nequaquam in diebus Quadragesimæ carniem edulo delectemur. Qui autem legum præcepta custodiam, carniem efum in ieiuniis repudiam. Cyrillus Hierosolymitanus cateches. 1v. inquit: *Per ieiunium abstinemus a carnibus, non quod eas abominemur, sed quod mercedem expectemus.* Chrysolomus hom. 1. in Gen. de ieiunio quadragesimæ, inquit: *Iam cogorum discursus, & peccidum mactationes a medio tolluntur: & hom. 11. Iam carniem confiteor, ac tumulus corporum cessat.* Denique Nicephorus Lib. XII. rectif. lib. cap. xxxi. inquit: *Impetratorem Iustinianum, gravissima fame urgente, iussisse carnes venales Constantinopolitani lanis exponi secunda Quadragesimæ hebdomada. Populus inter tanta religione abstinentiam a carnibus sacro illo tempore excolerat, ut fame potius perire vellet quam carnes comedere. Mortem sibi potius tolerandam, ac subendam existimans, quam ut quædam de patris moribus, ac traditionibus immutaret, inquit Nicephorus.*

III. Inter Latinos Patres, primum profertur Augustinus, qui dominica prima Quadragesimæ ser. 1. qui est lxv. de tempore, hæc scribit. *Sed & illa est in Quadragesimæ diebus grandis utilitas, quod, dum etiam a licitis abstinemus, magis ac magis ad nos aliena vitare: qui enim abstinemus nos a carnibus, quibus alite diebus utitur, qui nos abstinemus a vino, quomoderate uti licet: qui ergo ista vitamus, quæ aliquando licent, in primis peccata fugiamus, quæ omnino nunquam licent.* Item in sermone sequenti lxx. Cessent luxuria, vina, vel carnes, non quod creaturam Dei iudicemus esse mandandam; sed qui toto anno nobis vivimus, saltem vel paucos dies vivamus & Domino. Hieronymus in cap. x. Daniel. Decem hoc exemplo, tempore ieiunii a cibis delicatioribus abstinere, nec carnem comedere. Auctor Libr. III. in Iob ad iudicium Origenis, inquit: *Quando ieiunamus, o vtri, abstinemus nos, ut non gustemus carnes, neque vinum, neque superfluos escas.* Maximus Taurinensis hom. 111. de ieiun. quadragesimæ, *Quale*

illud est, quod non vesceris carnibus, & de ore tuo fordidus omni esca egredietur maledictum? Gennadius Massiliensis in libro de ecclesiast. Dogmat. cap. lxxviii. *Sacra deo viginti nuptias coagulare, aut pro amore castigandi corporis abstinentibus a vino, vel carnibus, nil credere meriti accrescere, non hoc hæc Christiani, sed Ioviniani est.* Quibus omnibus accedunt exempla sanctorum virorum. Nam Clemens Alexandrinus Lib. II. Pedag. cap. 1. commendat Mattheum, quod semini-bus, bacis, & olivis abique carnis utitur. Eusebius Lib. II. Hist. eccl. ser. lxxviii. laudibus celebrat Iacobum Apollonium, quod a carnibus animantium abstinere semper.

IV. Respondit Dallens in suo de ieiunio Quadragesimæ Tomo Lib. I. eiuſdem allata testimonia evincere quidem liberum, secus necessarium, abstinentiam a carnibus. Cuius responsionis fallitatem aperte ostendit decretum Concilii Toletani primi apud Buccarum Lib. XIX. cap. lxxvi. *Quicumque in Quadragesimæ diebus efum carniem præsumpserit attentare, non solum erit reus resurrectionis dominice, verum etiam alienus ab euſdem diei sanctæ communitate: & hoc illi commuletur ad panam, ut re ipsius anni curricula ab omni efu carniæ abstinat, quia sacris diebus abstinentie oblitus est disciplinam.* Decretum istud renovantur, confirmantque Concilium Toletanum IV. & Concilium Toletanum VIII. Legis prohibentis carnes in Quadragesimæ meminit quoque S. Ildorus Hispanensis Lib. 1. de div. offic. cap. xiv. ubi inquit: *Non quia carnes male sunt, prohibentur; sed quia illarum epule luxuriam carnisque vitiorum sunt enim fomes, & nutrimentum omnium vitiorum.*

V. Obiicitur 1. heterodoxa auctoritatem D. Pauli I. ad Cor. cap. x. *Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.* Secundo idem Apollolus ad Coloss. cap. 11. ait: *Nemo vos inducat in cibis, ut in potu.* Tertio I. ad Timoth. cap. 1v. inquit: *Spiritus manifeste dicit, quia in recentissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentibus in spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum. . . prohibebant nubere, abstinere a cibis &c.* Tandem Martini cap. xv. *Non quod intrat in eos, coarctat hominem; sed quod procedit ex ore, coarctat hominem.*

VI. Ad primum respondetur. Paulum loqui de carnibus idolis immolatis: & quia Corinthii religioni sibi vertebant emere, vel edere idolothya, quæ in macello vendebantur, ut Apollolus hoc illos scrupulo liberaret, præcipit: *Omne quod*

in ma-

in macello venit, manducate, nihil interrogantes, an sit nec ne caro immolata. Ad 2. respondetur. Hieronymus epist. ad Algasiam, Paulum loqui contra eos qui iudicæ ceremonias observare cupiebant. Idque ex contextu D. Pauli clare colligitur. Ad 3. quoque respondetur Hieronymus Lib. II. ad verus Iovinianum, qui ante Calvinum, & Dalleum citatum textum oppoluerat. *Reprobat quidem Apollolus (ait Hieronymus) eos qui prohibebant nuptias, & iubebant cibis abstinere, quos Deus creavit ad intendum cum gratiarum actione; sed & Marcionem designat, & Tatianum, & ceteros hereticos, qui abstinentiam inducant perpetuam ad destruenda, & continentia, & abominanda opera Creatoris Nos autem & creaturam omnem laudamus Dei, & matrem sanguine, abstinentiam luxuriam, ieiunia profertimus favoritati.* Eodem modo respondetur Chrysolomus hom. xii. in I. ad Timoth. & Augustinus contra Adimantum cap. xiv. Ad 4. responſio ex se patet. Nam cibi natura sua non coarctant animam; eam vero inficiunt, quoties manducantur contra præceptum Domini, ut lapsus Ade, & uxoris eius evincit.

VII. Obiicitur 2. Lutherani, & Calvinici, Ecclesiam catholicam prohibere carnes, alioquin cibos ieiuniorum tempore, quod natura sua immundi sint. Idque ostendere conantur, quod iuxta Catholicos, carnes excitant pravos concupiscentias, & luxuriam nutriunt. Hoc autem asserunt Tatiani, & Manichæi. Respondetur hæc esse purgata hæreticorum calumnias. Cibi qui natura sua immundi sunt, semper tales sunt. Ideo Manichæi, & Tatiani, qui carnes, ut suapte natura immundas, reſiciebant, semper ad eas abſtinebant. Catholicis autem, excepto tempore ieiuniorum, carnes manducant. Facto ergo evincunt, se eas non respere ut immundas. Quod carniem efum luxuriam, & concupiscentiam provocet, asserunt omnes Patres experientia illustragæ. Non ideo tantum immunda caro a Catholicis dicitur, quia non deitico a Deo creata fuit, ut concupiscentias, & libidinem excitaret, sed ut moderate laupta corpus reficeret. Non ego immunditiam obſoni timo, sed immunditiam cupiditatis, inquit Augustinus Lib. X. Conf. cap. xxxi. & lexentis in locis ostendit, Catholicos non abſtinentes a carnibus, quia immundi, sed quia eorundem moderata privato concupiscentiam lubigit, corpique ipiritu facilius submittit. Quapropter Ecclesia non solum immoderatum efum carniæ vetat (immoderatus enim omnium ciborum u-

sus iure naturali, & divino vetitus est) sed certis diebus omnem carniem efum interdicit, ut validus concupiscentie petulantiam cohibeat.

VIII. Ultimo loco recensenda, unaque recensenda est Launonii opinio. Is dissertationem edidit de veteri ciborum delectu in ieiuniis Christianorum, in qua ab hereticis recedit, quod non damnet, sed laudet abstinentiam a carnibus ieiuniorum tempore; a communem autem Catholicorum sententia dissentit, quod pro Ecclesiarum varietate varium fuisse contendat servandi ieiunii ritum, etiam quod attinet ad ciborum delectum. Propugnat enim liberum & spontaneum fuisse carniem efum. Plures Christianos in suis ieiuniis carnes traducantes obtrudit, plurimos ab eisdem abstinentiam memorat. In hac dissertatione omnes modissime legites prætergressus, & caritatis christianæ limite contempta, invehitur in Patrem Nicolai Doctorem Parisiensem Ordinis Predicatorum, quod in Pathologia Rayneriana demonstraverit, nunquam in ieiunio, potissimum quadragesimali, licitum fuisse carniem efum. Quam suam, & Catholicorum communem sententiam propagavit, firmavitque, edito apologetico libello, seu oecumenica dissertatione, adversus laudatum Launonium, quem omni argumentorum genere ad incitas redegit, contrivique, ut mea præfert opinio. Pra portoro in præfata sua dissertatione opponit Launoni, quæ æquantulum fieri facere imperitis possent; cetera omnia sua levitate evanescent. Primum quod opponit, est factum sancti Spiritus, quod narrat Socrates Lib. I. Hist. eccl. cap. xi. *Cum iam inſerret Quadragesimæ, ex itinere quidam forte ad eum venit illis diebus in quibus cum suis diebus peragere consueverat, & ad statutam diem cibum degustare, cum diebus interpositis sine cibo omnino remansisset. Cumque Spiritum videret hospitem valde de via festum. Age, inquit, o filia; primum vixi huius pedes tua, deinde cibum ei appone. Ubi vero respondit virgo neque panem in adibus esse, neque potentiam (supervacua namque fuisse istarum venum apparito propter ieiunium) Spiritum, cum prædixit Deum invocasset, venientem petivisset, dedit mandatum filie, ut carnes stillas, quas forte tunc in adibus habebat sale conditas, coqueret: quibus coctis hospitem facti secum acciperet, degue carni-bus appositis comedere oportet; hauriat hospitem, ut ipsum intueret; qui, cum illud facere recusat, diceretque he Christianum esse: Hæc ob causam (inquit Spiritum) minus*

recusare deberes: nam omnia munda mundis
facere Scriptura pronuntiant. Respondetur,
ex hac historia penitus conveli Launoii opi-
nionem. Hofpes, concipiens instructam car-
nibus mentem; opponit le carnes manduca-
re haud posse. Cur? Quod Christianus sit.
Christianus ergo carnum eius ieiuniorum tem-
pore vetitus erat: alioquin vana fuisset exco-
latio. At Spiritum, precibus Deo oblatis, &
venia, eius dispensatione postulata, hospitem,
ut carnes manducet, hortatur, suoque provo-
cat, exemplo. Quoniam, necessitate cogente,
obligare lex desinit. Urgeat autem tum ne-
cessitas famis, qua praevertat hospites: cibi
esuriam deerrat. Non ergo alia via potuit
hospiti fame periclitanti succurrere Spiritum
quam carnum eius. Prævalat autem præcep-
tum vitæ conservandæ debito abstinendi a
carnibus ieiunii tempore. Idcirco lumine ca-
lesti perlusit Spiritum & caritatis lege im-
bitus, carnes ipse prius manducavit, ut for-
tius hospitem ad manducandum impelleret.
Si abstinencia libera fuisset, ut Launoius
condidit, non conspiciisset primum Spiritum ci-
bus quadragesimalis, panem scilicet, poten-
tissime; sed illico hospiti seculo extirpare me-
liores epulas parasset: neque hospes carnes
comedere refugisset, christiana professione al-
legata. Manifeste itaque consequitur, solam
necessitatem fuisse illius comestionis causam.
Quod vero inlat Dalleus, potuisse Spiritum
in sua civitate cibos quadragesimales ab
amicis postulare, inane est: tum quod Sozo-
menus non ait hoc in civitate contigisse; unde
hoc accidere potuit, dum Spiritum ruri
habitabat, antequam ad Episcopatum evehe-
retur: tum quod famis tormentum, remedii
dilationem non patitur.

IX. Secundum momentum quod Launoius
obtrudit, desumptum est ex Epiphano, qui
in calce Librorum adversus hæreses varias iei-
unandi ritus describit, ubi hæc habet num.
22. Quadragesimam observare, atque in ieiunio
passive observare consuevit Ecclesia. Dominicus
vero nullis omnino, adeoque nec ipsius Qua-
dragesimæ quidem, ieiunare solent. Præterea
sex illos Paschatis dies xerophagiis, hoc est
arido victu, transigere populus omnis assue-
vit, hoc est panem dumtaxat cum sale, & a
qua post vesperam adhibere. Deinde num. 23.
hæc alia lubdit. Sunt & alia in Ecclesia ca-
nesticæ instituta observanda præstantia; mirum
quod alii carnisbus potius abstinent, tam
quadragesimalium, & ovium, quam piscium, nec
non ovium, & caseo. Tum sunt alia vitæ ge-
nera, propter quod unusquisque secundum suam
haborem mercedem accipit. Igitur sunt qui o-

mnibus illis abstinent; alii quadragesimalibus dum-
taxat, sed ovibus, ac ceteris vescuntur. Alii
etiam ab arvidibus temperant; ova, & pisces ad-
hibent. Alii etiam ova repudiant. Sunt qui solos
pisces retineant, quibus nonnulli etiam absti-
nent, qui tamen caseum sibi permittunt. Alii
vero caseo non utuntur. Præterea quidam a
pane abstinent; quidam ab arborum fructibus,
& coctis omnibus. Respondetur, ex hoc Epi-
phanii testimonio nihil omnino in subsidium
sua opinionis colligere posse Launoium. Nam
Epiphanius num. 22. loquitur de Quadragesima,
rationemque ieiunii quod lex diebus an-
tepaschalibus observabatur, describit, alienis
conversive populum lex illos dies transigere
xerophagiis, hoc est pane, & aqua. Deinde
num. 23. ubi varios ieiuniorum ritus recenset,
non de ieiuniis ab Ecclesia præscriptis loquitur,
sed de ieiuniis quæ fideles ex arbitrio,
inque devotione peculiari observanda sibi e-
legebant. Qua de causa inquit Epiphanius:
Sunt & alia in Ecclesia catholica instituta
observanda præstantia, id est omnino libera, non
præcepta. Nonne, si etiam nunc omnes ritus
ieiuniorum percelleremus, quæ fideles obser-
vant ex suo arbitrio, proferte potissimum alios
qui panem, & aquam sumunt, alios qui la-
cticinia manducant, alios qui a carnibus absti-
nent, sed carnum vitula sumunt? Si plura
hæc de re cupis, coniale P. Nicolaum, in-
fusus hunc Epiphaniæ textum explicantem.

X. Potterum obicit Launoius testimo-
nium Socratis, qui Lih. 7. hist. cap. xxiii.
inquit: Quia etiam non de numero dieum
solum discrepant, verum etiam de abstinencia
a cibis variam sequuntur rationem. Nam alii
omnino ab omni animalium genere abstinent;
alii inter animalia pisces solos comedunt; a-
lii cum piscibus volucres etiam manducant;
esque ex aqua, ut apud Moysen, nasci asse-
runt; alii a fructibus divris integritem in-
volunt, & ab ovibus temperant; alii arido pa-
ne solo vescuntur; alii ne illo quidem. Sunt
qui, cum ad horam nonam ieiunaverint, va-
riis ciborum generibus utuntur. Alia ratio-
ne apud alias gentes ieiunatur. Cuius rei sunt
causæ prope infinitæ. At quoniam nemo de ea
præceptum, litterarum monumentis proditum,
potest ostendere, prescriptum est, Apostolos li-
beram potestatem in eadem esse agnos-
cere. Hanc discrepantem rationem ieiuniorum in Eccle-
sia esse cognoscimus. Mirum sane est potiss-
imum Launoium hoc Socratis testimonium ob-
trudere, quod Dalleus, ceterique recentes
hæretici obiciunt, ut ostendant, nullum
fuisse

fuisse in Ecclesia præceptum ieiunandi, vel
abstinendi a certo ciborum genere. Idque
magis mirandum, quod Launoius nil ex hi-
storia suscipiat, nisi seculo critico cribra-
tur; Socrati vero fabulas clausis oculis de-
gluciat. Non est quod omnes impolitus, &
commenta que citato capite Socrates nar-
rat; expendam. Nec enim aut Launoius,
aut Lutherani, & Calvinistæ omnia admittunt
que ibi Socrates habet; sed plura & ipsi,
tamquam sibi contraria, respicere de-
bent. Mihi vero latis sit respondere, Socra-
tem fuisse hæresibus Novatianis, & Aerii in-
fectum, Catholicique summopere infensum;
nullam proinde mereri fidem in iis que de
Catholicis enarrat. Nonne mendacii reventur
apertissime, quod asserat, Romanos tres
tantum hebdomadas ante Pascha ieiunasse,
& ieiunio, non secus ac dominico die, ieiunium
non versasse? Præterquam quod non
Ecclesia Catholica, sed hæreticorum ieiunia
eorumque diversitatem recensere Socratem si
dixerimus, nil sane opponere Launoius pot-
erit.

CAPUT III.

Lege naturali, & divina ieiunium absolute
acceptum præscribitur. Ecclesia & tempora
quibus ieiunandum sit, designat, & ieiunia
peculiariter præcipit.

I. Negant Lutherani, & Calvinistæ, tum
divina lege ieiunium præscriptum
fuisse; tum Ecclesiam posse illud lege oblige-
re in conscientia fidelibus præcipere: id-
que docet potissimum Dalleus in suo de
ieiunio libro. Iam supra capite primo osten-
tum est, lege divina Deum in iura Scriptura
ieiunium præcepisse, nec vacat in re aper-
tissima diutius immorari. Quod porro ipsius
nature iure ieiunium generatim acceptum
iubeatur, comperita res est. Hoc evincit
Angelicus Doctor 2. 2. quæst. cxlvii. art. 3.
evidenti argumentatione. Siquidem ratio natu-
ralis ieiunium propter se ipsum esse utile
debet, comperita res est. Ieiunium porro reme-
dium est ad plures fines spirituales assequen-
dum apprime utile, immo & necessarium.
Ieiunium enim corpus cruciat, concupiscen-
tiam cohibet, ac rebellionem appetitum le-
dat; suppellectilem adfert plurimas, ut ani-
mum ad celestium meditationem facilius al-
targat. Merito ergo concludit Angelicus lo-
co laudato, Unusquisque ex naturali ratione
tenetur tantum ieiunium uti, quantum sibi ne-
cessitas est ad prædicta. Et ideo ieiunium in
communi cadit sub præcepto legis nature. Sed

determinatio temporis, & modi ieiunandi se-
cundum convenientiam, & utilitatem popu-
li christiani cadit sub præcepto iuris positivi,
quod est a Prælati Ecclesie institutum: hoc
est ieiunium Ecclesie; aliud vero est na-
turæ. Hæc omnia confirmat Augullinus de
utilitate ieiunii cap. 111. exemplo equi in-
domiti, & calcitrosi, qui pabulum iutra-
his, ut ipsum coercetas. Si iumento forti in-
sideres, si equo uteris, qui te gestidando pos-
set præcipitare, nonne, ut securus iter ageres,
ciliaria ferenti subtraheres, & fame domares
quem freno non posses? Caro mea iumentum
meum est: iter ago in Hierusalem: plerum-
que me rapit, & de via conatur excutere.
Via autem mea Christus est. Ita exaltentem
non cohibeo ieiunio? Quis ergo plus mi-
nuto pro morborum diversitate, ieiunium me-
dicinam sumere debet.

II. Hoc ieiunium, quod generice & ab-
solute sumptum, sub natura lege compre-
henditur, ius legis præcipit Ecclesia, &
lata tempora, quibus ieiunandum sit, desi-
gnat. Quod porro Ecclesia recte, & iure id
præcipere valeat, patet in primis exemplo
Synagoga, quæ Iudæis ieiunia imponebat,
ut constat tum ex Hieremia cap. xxxv. tum
ex Libro Esther cap. ix. tum ex Zacharia
cap. viii. & denique ex Evangelista Luca
cap. x. ubi inquit: Qui vos audit, me audit,
& quis vos spernit, me spernit. Idque
confirmat Paulus Epistola ad Romanos cap.
xii. Omnis anima potestatis sublimioribus
subdita sit: quod non minus de ecclesiasti-
ca quam de seculari potestate est intelligendum.
Aut enim idem Apostolus Epist. ad
Hebræos cap. xii. Obedite Præpositis vestris,
& subiaceite eis: ipsi enim pervigilant,
quasi rationem pro animabus vestris reddaturi.
Ad Præpositos autem ecclesiasticos potissi-
mum spectat rationem Deo pro animabus
illius subiectis reddere. Illis ergo obedire
præcipue fideles debent. Hæc omnia robo-
rantur auctoritate veterum Conciliorum. Ca-
non sexagesimus octavus Apostolorum iubet,
Clericum deponi, & laicum excommunicationis
notam militare, si ieiunium quadragesimali
violaverint. Eandem notam in transgressores
ieiunii statuit Concilium Gangren-
se, ut plura alia omittam. Eandem sententiam
Patrum testimonium. Tertullianus Lib. 1. de
ieiunio inquit: Bene quod & Episcopi nisi
viresce plebi mandare ieiunia assentant. S. Ba-
silii oratione secunda de ieiunio ait: Omnes
æqualiter & præceptum audiunt, & cum gaudio
suscipiunt. Angeli sunt qui per singulas
Ecclesias ieiunantes describunt. Vide, ne pro-
priet

pter edulorum parvam voluptatem damnum incurras. S. Ambrosius *serm. xxxiv. Quisquis Christianus ieiunando non impletur* Quisquis *gestum, precoriatione, & consummatione tenetur.* S. Hieronymus epistola ad Marcelianum adversus errorem Montani hæc habet: *Nos unam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum tempore nobis convegit ieiunamus.* S. Augustinus *serm. lxii. de tempore* inquit: *Altis diebus ieiunare remedium est, aut premium.* In Quadragesima non ieiunare, peccatum est. Denique ratio ipsa, quæ dicta sunt, confirmat. Nam Prelati Ecclesiæ non minus ac Principes seculares potestate condendi leges, quæ subditorum bonum promovant, intrudendi sunt, ut alibi fufus demonstratum est. Porro quæcumque lex, præscribens aliquem actum, efficit ut talis actus, qui aliquum liber erant, evadant necessarius. Cum itaque Ecclesia præcipiat abstinere a certis cibis, & ieiunare certis diebus, reddit actus abstinentiæ necessarius. Ex quo consequntur, adversus preceptum Ecclesiæ peccare eos qui iudicia ieiunia ab Ecclesiâ transgrediuntur.

III. Obicitur Arianis, Iovinianistis, Bequardi, Lutherani, & Calvinistæ, ieiunia nostra esse libera, a carnibus abstinentiam superstitionem lapere; præcepta vero quibus a cibus abstinentia, & ieiunia imperantur, tyrannidem redolere. Lutherus contra Ambrosium Catharinum ciborum delectum octavum Antichristi faciem appellat. *Octava Antichristi facies est delictus iste ciborum, & ieiuniorum, quæ libera per omnes dies sunt.* Eadem scribit Calvinus Lib. IV. *Inl. cap. xxi. §. 21. Lib. sunt ieiunia, quæ conscientias extirpant vinculis stringunt. Interdictus est carnis usus, quasi hominem contumneret.* Omnes denique Lutherani, & Calvinistæ clamant, observantiam ieiuniorum ad iugum pertinere legis Moisaicæ, quæ Christus nos liberavit. Aferenda ergo est omnis obligatio ieiunandi.

IV. His hæreticorum commentis respondet Anglicus Doctor 2. 2. *quest. cxviii. art. 3. ad 3. Ieiunia quæ sunt in precepto, sunt in Concilio Episcoporum statuta, & consuetudine universalis Ecclesiæ roborata.* Nec sunt contra libertatem populi fidelis; sed magis sunt utilia ad impediendum servitutum peccati, quæ repugnat libertati spirituali. A carnibus abstinentiam Marcionites, & Tatiani discipulum odium Creatoris. Manichæi carnes repugnant, quod fuisse natura immundas repararent. Catholici omnia Creatoris opera venerantur, & cuncta ab eo condita bona esse

consententur. A carnibus itaque abstinent, non quod immundas eas sua natura esse credant, vel iudicent; sed ut abstinentiæ, seu temperantiæ virtutem exercent, ut rebellem concupiscentiam cohibeant, utque carne castigata, humilitate corpore, expeditiores sint ad peragenda divina. Nec in perpetuum, ut Iudæi, a certis temperant cibis; sed stato tempore. Hæc omnia explicat Augullinus Lib. de mor. Eccl. cath. cap. xxxiii. *Muli neque vescuntur carnibus, neque tamen eas immundas superstitione putant.* Itaque idem ipsi qui sani se temperant, si ratio valetudinis cogat, agroti sine ulla formidine accipiunt. Multi vinum non bibunt; nec tamen eo se contingari arbitrantur: nam & quibusdam languidioribus, & proflus omnibus qui sine illo nequeunt salutem corporis obtinere, humanissime, ac modestissime præberi solent. Et fulte nonnulli recitantes fratrem animonem, ne vana superstitione debilitentur citius quam sanctorum fiam.

CAPUT IV.

ieiunium ecclesiasticum est actus virtutis. Ieiunium super satisfactorium est, & meritum, si necessariis conditionibus predictum sit.

I. NON est facile dictum, in quot contrarias opiniones distrahatur hæreticum recentes, tum antiqui, dum de utilitate, fructu, cultu, & merito ieiunii sermone institunt. Iovinianistæ nihil professe ieiunium esse virtutem, teste Augullino Libro de heresibus har. lxxxii. *Hic (Iovinianus) omnia peccata, sicut Stoici Philosophi, paria esse dicebat, nec posse peccare hominem læticio regenerationis accepto, nec aliud prædesse ieiunia, vel a cibus aliquibus abstinentiam.* Idem docuerunt Bequardi. Lutherus non negat utile esse ieiunium ad macerandum carnem; meritum autem esse minime concedit in responsione ad Ambrosium Catharinum. *Hodie si ieiunatur, non ut caro mortificetur; sed quia bonum sit hoc die ieiunasse, isto, vel isto cibo abstinuisse, quæ calum reventur: quid autem hoc aliud quam impia facies Antichristi?* Lutherus, cui, ipso tunc, cum demone necessitudo erat, ubique eundem prodit imaginem, faciemque obtrudit. Calvinus Lib. IV. *instit. cap. xxi. §. 14. plera invicem pugnantia precepta: modo ieiunium liberum, modo necessarium, modo laicam, modo superstitionis predicta. De ieiunio ergo (inquit loco citato) dicamus*

non nihil: quia plurimi dum non intelligunt quid utilitatis habeat, non adeo necessarium esse iudicant; alii etiam ut supervacuum profus, reitum: & usu eius non bene cognito, facili est in superstitionem lapsus. Deinde §. 15. persequitur fines in quos legitimum ieiunium referunt, enarrare. Sanctum, & legitimum (inquit) ieiunium tres habet fines. *Et enim utitur vel ad macerandum, & subigendum carnem, ut lasciviat, vel ut ad preces, ac sanctas meditationes melius finis compararet, vel ut testimonium sui nostræ coram Deo humilitatis, dum volumus reatum nostrum coram ipsa confiteri.* In hoc itaque Lutherani, & Calvinistæ conveniunt, quod ieiunium absolute spectatum ad assequendam, carnem animumque ad preces disponendum, utile, qu' n & necessarium iudicant. Sanctum etiam vocant, ut Calvinus, si ad præfatos fines dirigitur. Cum vero de Catholicorum loquuntur ieiunio, illud iustificationis lapere reitum traducunt; quamquam eo spectet, ut carnem, & concupiscentiam subigat, ut spiritus corpus subiciat, ut cordis contriti, & humilitati argumentum Deo exhibeat.

II. Ut autem hæreticos, qui nostra ieiunia traducere tamquam superstitionis audent, retandamus, id quod de ieiunio Catholicus docent, desideramus oportet. Ieiunium absolute, & per se sumptum res media est. In hæc acceptione nec virtus, nec virtus est. Imponunt ergo nobis Calvinistæ, Lutheranique, dum scribunt, nos docere, ieiunium opus esse suapte natura, & ex opere operato, ut dicitur, meritum, ac satisfactorium. Ieiunium enim, nobis farentibus, sapit ieiunium, si in malum finem referatur; ut si quis ieiunet, ut e vita decedat, vel avaritiæ studeat: virtutem vero restitit, si deliberato animo eligat ad carnis petulantiam comprimendam, ac in bonum dirigat finem. Media res est, quando a bono, & malo sine præcedit ut cum quis abstinet, quia quod commodat, aut bibit, non habet. Dicitur ergo, ieiunium esse actum virtutis, cum ad finem honestum referatur. Ad virtutem abstinentiæ, & temperantiæ pertinet, cum delectationibus cibi, potulque modum præscribit. Qui ieiunat, ut Ecclesiæ obediat, obedientiam exequitur; qui ieiunium servat, ut cum ad altarium virtutum fines ieiunium referatur a ieiunante, ad eadem quoque pertinet: proprie tamen est actus abstinentiæ. Audiamus Anglicanum, qui ante ortum Lutherorum, & Calvinitarum, doctrinam Catholicorum de ieiunio exposuit 2. 2. *quest.*

cxlvii. *artic. 1. his verbis. Respondo dicens, quod ex hoc aliquis actus est virtuosus quod per rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum. Hoc autem convenit ieiunio. Assumitur enim principititer ad tria. Primo quidem ad concupiscentiæ carnis reprimendam. Secundo assumitur ad hoc quod mens liberius succedat ad fœlicitatis contemplanda. ... Tertio ad satisfaciendum pro peccatis. Unde Ioh. 11. dicitur: Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio &c. Ieiunium autem quod Ecclesiâ præcipit, in hos fines referatur: & idcirco aliterius, ieiunium, quatenus ecclesiasticum, nempe suis conditionibus præcedit, opus esse, non medium, sed re ipsa bonum; nisi ieiunantis malitia in pravum finem detorqueatur.*

III. Ad meritum, & satisfactionem quod attinet, certum in primis est, ieiunium mereri, vel impetrare bona temporalia. Siquidem Achabo ieiunanti mala ei comminata Deus inferre detulit. *Ieiunavitque & dormivit in sacco. ... Quia igitur humilitas est mei causa, non inducam mercedem in diebus eius.* Lib. III. Reg. cap. xxi. Idem patet ex Lib. I. *Eliaz cap. viii. Ieiunavitque autem, & rogavit Deum nostrum oro hoc: & evenit nobis prosperum.* Nivivite triduo ieiunio sui civitatis liberoservationem evitavit. Hoc enim ieiunium iudixit Iona Propheta: *Homines, & iumenta, & boves, & pecora non gustent quecumque, nec pascantur, & equum non bibant.* Quid autem accidit? Et vidit Dominus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala, & miseris est Deus super malitiam. Quid plura? Virtute ieiunii demones a corporibus pelluntur, ut habetur Math. xvii. *Hoc autem genus non eicitur nisi per orationem, & ieiunium.* Unde infert Athanasius Libro de virginitate: *Vide ergo quid faciat ieiunium, morbos sanat, distillationes expellit, demones fugat. Sed, ne putis ista temere dicta, habes etiam testimonium in Evangelio. ... Scitatis quid sit ab eo discipulis dicentes: Dominus, declava nobis quoniam patris immundi spiritus propelluntur? Quibus responsum est Dominus: Hoc genus demoniorum non eicitur, nisi ieiunio, & oratione. Quisquis igitur ab hoc hoc immundo spiritu exoritur, certum habere debet hoc pharmaco, ieiunio inquam, statim spiritus malus afflicto abscedere.*

IV. Neque ieiunii vis in impetatione sicut temporalium bonorum; sed & ad assequenda spiritualia, atque celestia dona plurimum valet. Quod expressa Evangelii auctoritate probatur. Cum ieiunatis (dicitur Matth. vi.) nolite fieri sicut hypocritæ

tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Forma deinde exhibetur illius ieiunii qui post illa Deo mercedem recipere, dum subditur: Tu autem, cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo, qui est in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Ut itaque supernaturalia præmia ieiunia nostra assequantur, non ob alium finem ea peragere debemus quam ut Deo placeamus, atque in ipsam Deum, & ceulitimum finem, caritate amore referantur oportet.

V. Postremo ieiunium opus est satisfactorium pro peccatis nostris, nobis Deum propitium, & placabilem reddens: quod præter ex ipsa Scriptura evincitur. Nam Propheta Iosel inter opera penitentiae quae populo pro peccatis imponit, ieiunium præcipit. Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu... Cavite iuba in Sion, sanctificate ieiunium. Anne post cordis contritionem in peccatorum confessione ieiunium renouasset Propheta Iosel, nisi Deo gratum foret, plurimumque ad satisfaciendum pro peccatis valeret? Nonne David, ut penam aliquod Deo solveret pro suis criminibus, illamque placaret, ieiunium humiliabat animam suam? Plal. xxxiv. Humiliabam in ieiunio animam meam. Nonne ieiunantes filii Israæl cum Samuele Dei vindictam se averterant? I. Reg. vii. Nonne Achab impius Dei furoribus, ob vincum Naboth raptam, succedunt delinivit, cum facco, & cilicio indutus ieiunavit? III. Reg. xxi. Idem præstitit Ninivite tempore Iona: idem Iudai tempore Esther: idemque ex innumeris tum veteris, tum novi testamenti locis constat.

VI. Quæ dicta sunt, Patrum auctoritate confirmantur. Tertullianus Libro de ieiunio ait: Omnium erga victus maceratioem hæc est ratio, quæ rursus interdicto cibo, & observato præcepto primordiale iam delictum exprimitur, ut homo per eandem materiam caveat. Dei satisfaciatur, pro quam offenderat. S. Cyprianus serm. de lapsis lib. finem inquit: Item, & essetiam eius ieiunium, sicutibus, pluribus, sicut mores ipse, placemus. S. Basilus orat. 1. de ieiunio hæc habet: In moribus incivilibus peccatum, sanctorum penitentiam: sed penitentia sine ieiunio civilia, & infructuosa est: per ieiunium satisfaciendo. Neque Iosel satisfaciendi, sed & merendi vim indistricim Patres ieiunio adiudicant.

VII. S. Augustinus ser. lxx. de temp. edit. Lov. qui est secundus dom. 1. Quadrages. hæc scribit. Quantum sit ergo bonum ieiunium, brevi sermone, exemplis additis, differamus. Moyses primus, quadraginta diebus, ac noctibus cum ieiunasset, legem Domini accipere meruit, per quam populis imperaret. Impe-traverunt unius hominis ieiunia quod totius populi saturitas desperaverat. Advertamus ergo quanta sit inter ieiunium & saturitatem distantia, inter ventrem vacuum, & pulchros epulis estuantes. Moyses ergo, qui ieiunavit, Deum vidit; populus, qui manducavit, & bibit, idola fabricatus est. Sed quid de Moysè, & Israelitica multitudo loquar? Princeps ille humani generis Adam quandoque ieiunavit servans mandatum, in paradiso fuit, ubi vero comedit, effectus est de paradiso. Et, qui in paradiso Dei virgo fuerat, eiectus de paradiso cognovit uxorem. Semper enim iuncta est saturitas lascivie. Vicina sibi sunt ventri, & genitalia. & pro membrorum ordine ordo virtutum intelligitur. Eiecit ergo nos de paradiso, reducta scilicet, reducta ieiunium. Diximus ergo quid sanctus Moyses meruit ieiunando; deinde & curia videamus. Sancto Elia ieiunanti etiam elementa famulata sunt. Hic denique tribus annis, & sex mensibus calum clausi... Videte quanta sit Dei clementia erga ieiunantes... Videte quanta sit ieiuniorum virtus, ut id facere ieiunium valeant quod Apostoli nequivissent. S. Leo ser. 1. de ieiunio septimi mensis inquit: Ut per humilitatem ieiunii contra omnes bestias vestros divinitus mererentur vestrum. S. Ioann. Chrysolomus serm. de ieiunio ait: Ieiunans, quis peccasset, ieiunio, ut non peccet; ieiunia, ut accipias, ieiunia, ut permaneat que accepisti. S. Ambrosius epist. lxxxii. ad Ecclesiam Vercellensem inquit: Qui sunt hi præceptores novi, qui meritum excludunt ieiunii? Innumeros alios Patres brevitas gratia omitto.

VIII. Respondent uno ore Lutherani, & Calvinistæ, Patres antiquos rethorice exaggerationibus longius quam par fuerat, pro-vestos esse, & a veritate discessisse, cum de ieiunio locuti fuerant. Calvinus Lib. 1. V. Inst. cap. xii. §. 19. expresse scribit, Patres femina superstitionis icelle in suis ieiuniorum encomiis. En illius verba. Qua in parte non in totum excusare audeo veteres, quin & superstitionis quadam forma teerens, & occasionem præbuerit tyrannid, quæ postea exorta est. Occurrunt quidem interdum sententia, & prudentes de ieiunio sententia, sed postea occurrunt subinde immodice ieiunio laudes, quæ ipsum inter præcipuas virtutes ex-

CAPUT V.

De ieiunio Quadragesimæ: de illius varietate, & de causis institutionis eiusdem.

I. SACRUM quadragesimale ieiunium, tamquam quadragesimale inventum, improbat Calvinus Lib. IV. Institut. cap. xii. §. 20. Et tunc possim involutare superfluitatem Quadragesimæ observatio: quia & vulgus eximium aliiquid obsequium Deo se in ea præstare existimabat; & Pastores eam commendabant pro sancta Christi imitatione, cum planum sit non ideo ieiunasse Christum, ut alius exemplum præberet... Mirum est tam crescentem hallucinationem hominibus acuti iudei obrepere potuisse. Calvinus accedunt omnes Lutherani, & Calvinistæ, qui, quemadmodum castratum, ita & ieiunia de medio subtrahunt. Quia, inquit Augustinus, ventri, & genitalia sibi vicina sunt. Quapropter qui veneri ieiunio, ventrem respicit oportet: quia, subdit idem S. Doctor, pro membrorum ordine ordo quoque virtutum existit. Sed ad rem.

II. Ecclesia catholica docet, ieiunium quadragesimale ab ipsis Apostolis institutum fuisse, & non intercala temporum serie a fidelibus observatum semper esse. Quod evincitur in primis celebri illo D. Augustini testimonio Lib. IV. adversus Donatistas cap. xxxv. Quod universa tenet Ecclesia, nec Concilium instituit, sed semper reverentem illi, non nisi auctoritate apostolica traditum testis sine creditur. Institutio autem ieiunii quadragesimalis neque in Scripturis, neque in Concilio primum facta legitur. Illius ergo origo ab Apostolis ipsi repetenda est. Primum generale Concilium in Ecclesia celebratum, fuit Nicænum I. Hoc autem Concilium ieiunii quadragesimalis, tamquam priorum tempore institutum, meminit can. v. Concilium vero circa tempus nostrum ante Quadragesimam Pasche, ut omni discussione sublata, minus observatur Deo parissimum. Secundum vero circa tempus nostrum. Quod confirmatur ex his quæ de controversia celebrandi Paschatis, sub Victore Papa, & Alexandro Severo exorta, narrat Eusebius Hist. Lib. V. cap. xxxiii. Omnes per Africam Ecclesie, vestra quadam traditione nixa, quarta decima Iulii salutaris Pasche festivitatem celebrandum esse censebant... Cum tamen reliqua totius orbis Ecclesie alio more

tollunt. Quis ferat istorum hominum audaciam? Anne omnes Patres rethorice amplificatione superstitionum ritum docent? Anne omnes a veritate semita aberrarunt? Plus ne auctoritatis uni Calvinio quam omnibus Patribus tribuendum erit? Quid verisimilius est, Patres Apostolis proximis, an Lutheranos, & Calvinistas a veritate exorbitasse? Sed quid diutius immoror in tam vanis commentis profligandis?

IX. Obiitum plura sacre Scripture testimonia, quibus probare contendunt, ieiunia non esse Deo grata. Hæc enim ait cap. lxxii. Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolve colligationes imperialis &c. Et Hieremias cap. xiv. inquit: Cum ieiunaverint, non exaudiam preces eorum. Similia habentur Zach. cap. vii. alitque in locis facrorum Librorum. Respondetur, solos hereticos, quorum proprium est meridianæ luci tenebras offundere, & omnia carpere, posse eiusmodi textus opponere. Nam manifestum est, locis laudatis improbari ieiunia illorum qui pravo corde machinantur malam, qui, dum corpora ieiunio comprimunt, animam sceleribus contaminant. Ecce (inquit Hæc loc. cit.) in die ieiunii vestri irascuntur voluitas vestra, & omnes debitorum vestros repetitis: ecce ad contentiones, & litas ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nonne Deus iustissime sacrificia, holocaustorum, calendas, & festa Iudeorum se odio habere testatur? Anne inde inferendum, sacrificia ad cultum divinum minime pertinere, vel meritoria non esse? Ieiunia itaque & sacrificia, aliaque opera fæpe natura sancta, quæ offeruntur ab impiis, quæve animo iniquo profanantur, & inquinantur, Deus execeratur; & ieiunia que pii fideles corde contrito, & animo humili illi offerunt. Serpius iam dictum fuit, tam ieiunia nostra merito digna esse, cum in Deum pio & puro corde referantur. Quæ ex Patribus opposunt, nullius sunt momenti. Docent enim Patres, a vitis abstinentiæ optimum esse ieiunium, quod Catholici omnes fatentur. Ut autem facilius coercere homines possint sensus suos, & peccata vitare, ieiunia suadentur, & statis temporibus ab Ecclesia imperantur: quoniam ad id assequendum apti sunt instrumenta.

interitur, qui ex Apostolorum traditione profectus etiamnum servatur, ut scilicet non alio quam resurrectionis dominice die, ieiunia solvi licet. Hoc ipse colligitur ex Epistola Imperatoris Constantini Magni data Ecclesis, quam refert Eusebius Lib. III. de Vita Constant. cap. xviii. edit. Val. Consideret, quæso, (inquit) vestrae sanctitatis solertia, quam grave sit, & indecorum ipsam diebus alios quidem ieiunium intentos esse, alios vero convivere celebrare; & post dies Pasche, alios quidem in festivitatis, & autem remissionis versari, alios vero definitos vacare ieiunio. Prævit ergo Nicæno Concilio ieiunii quadragesimalis institutio. Conclia, Nicæno proxima, ieiunii item Quadragesimæ meminerunt. Ganselio celebratum anno 324. cap. xix. anathematis penæ eos subicit qui lib specie sanctorum vite ieiunia Ecclesie communia solvunt. Si quis eorum qui continentie student, absque necessitate corpora, tradita in commune ieiunia, & ab Ecclesia custodita, superbiendo dissolvit, stimulo sui cogitationis impulerit. Ex Cassiano itaque habetur, primos Christianos, qui divino amore flagrabant, libera electione ieiunasse; deservente vero caritatis ardore, temporis tractu, ex imperio omnium Sacerdotum quadragesimale ieiunium observasse posteriorum lætiorum fideles. Quia autem heic colligere Reformati valeant ad fovendam suam intemperantiam, ventrique studium, sane non video.

V. Ad varietatem Quadragesimæ quod spectat, priusquam diversimodum Catholicorum consuetudinem patefaciam, ostendam fas est discrimen quod Catholicos inter & hereticos in quadragesimali ieiunio observantia intercedebat. Non modo Catholici vel ipsi primis Ecclesie sæculis, sed & hæreticorum plures, quadragesimalia ieiunia observabant. Montanista singulis annis tribus Quadragesimis corpora sua macerabant, & iulionibus Montani decepti. Catholici autem apostolica traditione instructi unam ieiunabant Quadragesimam, ut testatur Hieronymus epistola ad Marcellam: Nos unam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo ieiunamus. Illi (Montanista) tres in anno faciunt Quadragesimas, quasi tres passi sunt Salvatores.

VI. Unam itaque Quadragesimam ieiunasse a primordiis Ecclesie Catholicos, certum est. Nominè autem Quadragesimam vocantes hæretici, non quadragesima, vel prope quadragesima, nimirum viginti sex dies intelligi volunt; sed contendunt, primos

inviolata permansit, penitus non fuisse. Non enim præcepti huius necessitate, nec quasi legali sanctione constructi, æquissimi temporum terminis clauderentur qui totum anni spatium æquali ieiunio concludebant. Respondetur primum, hæc Cassiani narrationem evertente opinionem Lutheranorum, & Calvinistarum. Quandoquidem, non modo quadragesima dies, sed totum annum, Cassiano teste, ieiunabant primi Christiani. Favet ne Cassianus Lutheranis, qui vel ipsa Quadragesima ieiunandum pernegat. Secundo dicimus, salvo obsequio quod Cassiano viro contemplationis addicto debetur, fallum esse primos Christianos per totum annum ieiunasse: ex nullo liquident antiquitatis monumento id colligi potest. Oppositum aperte docent omnes Patres. Tatendum Cassianus asserit, omnium Sacerdotum consensu legem servandi ieiunium condidit fuisse: Id tunc universis Sacerdotibus placuit, ut homines, & ad tempus sanctum ieiunia ieiuniorum iudicio resonarent, & veluti legalium decimarum necessitate complerent. Ex Cassiano itaque habetur, primos Christianos, qui divino amore flagrabant, libera electione ieiunasse; deservente vero caritatis ardore, temporis tractu, ex imperio omnium Sacerdotum quadragesimale ieiunium observasse posteriorum lætiorum fideles. Quia autem heic colligere Reformati valeant ad fovendam suam intemperantiam, ventrique studium, sane non video.

V. Ad varietatem Quadragesimæ quod spectat, priusquam diversimodum Catholicorum consuetudinem patefaciam, ostendam fas est discrimen quod Catholicos inter & hereticos in quadragesimali ieiunio observantia intercedebat. Non modo Catholici vel ipsi primis Ecclesie sæculis, sed & hæreticorum plures, quadragesimalia ieiunia observabant. Montanista singulis annis tribus Quadragesimis corpora sua macerabant, & iulionibus Montani decepti. Catholici autem apostolica traditione instructi unam ieiunabant Quadragesimam, ut testatur Hieronymus epistola ad Marcellam: Nos unam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo ieiunamus. Illi (Montanista) tres in anno faciunt Quadragesimas, quasi tres passi sunt Salvatores.

VI. Unam itaque Quadragesimam ieiunasse a primordiis Ecclesie Catholicos, certum est. Nominè autem Quadragesimam vocantes hæretici, non quadragesima, vel prope quadragesima, nimirum viginti sex dies intelligi volunt; sed contendunt, primos

Christianos ieiunio vel quadragesima horarum, aut unius, vel trium dierum Quadragesimam hæc implivisse: idque auctoritate quorundam Patrum evincere conantur, quibus assensit Laurentius. Verum Catholici communi assensione docent, in Ecclesia catholica ieiunium quadragesimale, seu paschale semper fuisse diaram quadragesima, aut prope quadragesima, nempe trigesima sex. Idque constat ex omnibus Patribus, qui ieiunium antipaschale explicant, ad quadragesima dierum spatium illud extendunt. Anne ieiunium unius, vel alterius diei quadragesimale vocabatur? Anne Patres omnes assensissent, Catholicos Quadragesimam ieiunare ad exemplum Moysi, Eliæ, & Christi, nisi quadragesima dies, quemadmodum illi, ieiunassent? Quod vero Ambrosius, Mediolanensis Ecclesie consuetudinem indicans, scribat, Quadragesimam quadragesima duos dies continere, a quibus subactis dominicis, in quibus non ieiunatur, remanent triginta sex, nil officii communi, universalis Ecclesie consuetudini ieiunandi quadragesima dies.

VII. Obiicit Irenæum apud Eusebium Lib. V. hæc scribentem: Illi quidem se putant unum diem ieiunare debere, illi duos, illi etiam plures, illi quadragesima diurnas horas, & nocturnas commensurant suum diem. Respondetur, Irenæum loqui de continuatione ieiunii in ipsa Quadragesima absque omni cibo; idest, aliqui unum, alii duos, alii quadragesima horas transiebant, quin aliqui cibi ieiunarent. Hic est genuinum illorum verborum sensus. Quis enim fasce mentis utriusque diei ieiunium Quadragesimæ nomine exprimeret? Quod plura? Hanc ipsam abstinentiam, seu diversitatem abstinendi a cibo duobus diebus in Quadragesima, seu in magna Quadragesima hebdomade, in qua seveus observabatur ieiunium, improbat ipse Irenæus apud eundem Eusebium. Hæc varietas (inquit) in observando ieiunio non nunc primum nata est, sed multo ante apud maiores nostros cepit, qui negligentius, ut vestimile esset, præsidens, ex simplicitate, tradiderunt. Quibus Irenæi verbis colligitur, & ieiunium observatum fuisse a maioribus suis, & abusum ex præsidentium negligentia in quodam irrepisse.

VIII. Obiicit, divum Basilium docentem, dies quosdam tantummodo ieiunandum esse: Socratem scribere, Romanos tres dumtaxat hebdomadas ieiunasse suo tempore; & Ambrosium narrare, Christianos non quadragesima, sed quinquaginta dies, & contra alios

Conc. Theol. Tom. V.

triginta tantum dies solitos fuisse ieiunare. Respondetur, divum Basilium cuiusque hebdomadis quinque dies numerare, eo quod Græci sabbatis, & dominicis diebus ieiunium solvabant, quibus detractis, quinque superflui dies. Idque constat ex ipso Basilio, qui ad ieiunium quadragesima dierum efficacibus adhortationibus populum exortabat. Ad Socratem quod attinet, alii respondent, nullam eisdem Novationum hæresin inquinato, si dem adhibendum esse: alii dicunt, rectum Socratis corruptum esse. Ut ut sit de Socratis textu, sanctus Leo Socrati coævus, qui eodem tempore Romanam Sedem tenebat, conceptis verbis in suis sermonibus docet, Romanos quadragesima dies ieiunasse. Legatur sermones III. IV. v. & VI. Idem affirmant Hieronymus, & Chrylogos. Maior ne fides habenda Socrati, Græco, Novationi, Aeriano, Romaque distant, quam D. Leoni Romæ degenti? Ad ultimum respondetur Ambrosium quinquagesima dies numerate relictis illorum qui more Græcorum sabbatis diebus non ieiunabant. Heic detractis sabbatis, & una addita hebdomada conficitur numerus quadragesima diurnæ.

IX. Solet inquiri, quo die inciperit, quove desierit quadragesimale ieiunium. Respondendo verisimile esse, illud cepisse feria secunda consequente dominicam, que dicitur Quinquagesima, desisse vero sabbato precedente hebdomadam sanctam. Hæc liquident hebdomada intra dies quadragesima non computabatur; sed recolenda dominicæ passioni deputata erat: eamque transiebant fideles ieiunio levioris, in quo xerophagis, idest panis, sale, & aqua vivebantur. Quod demonstrari potest ex Libro V. constitutionum, que dicitur Apostolice cap. xxi. ubi, postquam præcipitur observandum esse ieiunium Quadragesimæ, subditur: Celebratur vero ieiunium hoc ante ieiunium Pasche, incipiens quidem a secunda feria, desinens vero in festam. Deinde, dimisso ieiunio, incipit sanctam hebdomadam Pasche, ieiunatque omnes cum timore. Idipsum indicat Epiphanius in Doctrina compendiaris. Nec ulla apud Græcos, sed etiam apud Latinos consuetudo illa obtinuisse videtur, ut S. Augustinus epist. cxxix. edit. Lov. & S. Leo serm. v. de Quadragesima innuere videntur. Quod testimonium Rabani Mauri confirmatur. Hic enim Lib. II. de Inst. Cler. cap. xxxiv. inquit: Notandum tamen est, quod a Quinquagesima ieiunium incipit apud Romanos, Thelephorus sæpe memoratus Papa constituit, ut per septem hebdomadas ante Pascha corpus ieiunaret.

niis castigemus, qui alias septem post Pascha usque ad Pentecosten in letitia a ieiuniis relaxare volumus. Obiter hic advertere lubet adversus Samuelem Balmagium, alioque diolos reformatos, Thelephorum Papam misisse instituisse ieiunium quadragesimale; sed illicitum ab Apostolis ieiunium contra fecerunt in dies abusus confirmasse. Mes incipientium quadragesimale ieiunium a feria secunda adhuc obinet apud multos Religiosos, potissimum apud Prædicatores. Post Thelephorum Pontificem consuetudo hæc vicissitudinibus subsit fuit. Siquidem ieiunium quadragesimalis ieiunii duci cepit a feria secunda post dominicam quæ prima appellatur Quadragesimæ usque ad Pascha; & hebdomada sancta intra ieiunium quadragesimale computata fuit. Ex præcedenti vero septimana; quæ nuncupatur Quinquagesimæ; remanenti sunt quatuor dies, additæ ad subsequentes. Quo tempore præfata hæc additio facta fuerit, incertum. Elle vaquam maxime in Ecclesia Latina, computum est ex Alemino in *Libro de officis ecclesiasticis* cap. vii. & ex Micrologo, Ruperto, ac Gratiano de *consec. dist. v. can. Quadrage.* Ex his quæ hucusque dicta sunt, colliges, ieiunium, quod a Patribus pluribus antipastorale nuncupabatur, aliquando pro ieiunio maiori, seu sanctæ hebdomadæ, quod severius, ut dictum est, servabatur, neque tolerabatur nisi die sequenti ad galli cantum, vel post biduum, aut triduum; aliquando pro ipso quadragesimali acceptum fuisse. Nunc nullo modo, neque in numero dierum, neque in forma illud servandi, a communi quadragesimali distinguitur, colliges quoque, nunc Quadragesimam proprie incipere prima dominica Quadragesimæ. Solum enim post dominicam solvit ieiunium ad vesperum, qui anticipatur, ut quid antiqui moris superstit. Quatuor autem diebus præcedentibus primam dominicam ieiunium solvit ad nonam.

X. Plures assignantur causæ cur institutum fuerit ieiunium Quadragesimale. Septem præcipue recenserentur. Prima, ut impletur illud Christi Domini apud Matthæum cap. ix. *Veniet autem dies, cum auferetur ab eis sponsum, & tunc ieiunabunt*: ad quæ verba aludid Tertullianus Lib. de ieiunio cap. ii. *Certe in Evangelio illos dies ieiunius determinatos putant in quibus ablatum est sponsum*; & hos esse tam solis legitimis ieiuniorum Christianorum. Secunda, ut fideles ad maxima passionis, & resurrectionis dominicæ mysteria celebranda præparent ieiuniis, precibus, & elemosynis, ut inquit S. Leo ser.

x. de Quadrage. *Cognoscimus ad celebrandum Pasche diem merito nos quadragesima dierum ieiunio preparari, ut digni possimus divinis interesse mysteriis.* Tertia, ut Christianorum anima, peccatorum fordibus expiatis, ieiuniorumque severitate castigatis corporibus, divina constituantur manducandi sacrum Christi corpus, ut inquit D. Hieronymus in cap. iij. Ioan. *Dominus missus ad prædicationem mundi ieiunat quadragesima dies; & hereditatem nobis ieiunii derelinquit, ad esum corporis sui sub hoc nostro nostras animas preparat.* Quarta ut pensum aliquod Christiani divine iustitiæ solvant pro offensis illi irrogatis totius anni cursu. Ideo (inquit S. Leo ser. iv.) *magna divine institutionis subtilitate provsum est, ut ad reparandam mentium puritatem quadragesima dies dierum exercitatio moderetur, in quibus aliorum temporum culpa, & pia opera redimerent, & ieiunia casta decerpantur.* Quinta, ut per abhinentiam quadragesimali em decimas vites noscitur Domino offeramus. Siquidem dierum totius anni decima pars sunt dies triginta sex, qui proprie, ut dictum est, constituunt ieiunium Quadragesimale. Sic Gregorius Magnus homil. xvi. in *Evangelio*, inquit: *Ita offerte continentibus Deo decimas dierum... ieiunium quadragesimale est decima totius anni.* Sexta, ut Christiani Redemptoris sui, sanctorumque Prophetarum Moysis, & Eliæ ieiunia quadragesima dierum, sin omnino, saltem ex parte imitarentur; sicut ait Chrylóstomus hom. i. in *Gen.* *Dominus noster Iesus Christus & ipse quadragesima dierum ieiunio decantavit, sic certamen contra diabolum aggressus est, omnibus nobis exemplum datus, ut per illud armemur, & ex illo robur sumamus.* Septima, ut Christiani, non solum pro se meritis, sed etiam pro catechizantibus, qui olim labbato paschali baptizari solebant, efficacius orent. Quam rationem tradit S. Ambrosius serm. lviij.

CAPUT VI.

De ieiuniis quatuor temporum, feriarum quartæ, sextæ, & sabbati, Adventus, Ieiunium, vigiliarum, rogationum, & de ieiuniis infra annum, ac de diebus quibus ieiunare non licet.

I. Quædammodum ieiunium quadragesimale ab Apostolis institutum fuisse negant Lutherani, & Calvinistæ; scieuntia qua-

quatuor temporum longe post ætatem Apostolorum pontificia auctoritate investita esse, pugnantissime defendunt, maxime Dallsæus, & novissimus Samael Balmagius in suis annalibus politico-eccelesiasticis ad annum 219. num. 8. Communis tamen Catholicorum sententia originem ieiuniorum, quæ quatuor anni temporibus in Ecclesia catholica observantur, ab Apostolis repetit. Quod probatur in primis ex Actis Apostolorum cap. xxvii. *Multo autem tempore peracto, & cum iam non esset tuta navigatio, eo quod & ieiunium iam præterisset, consultatur eos Paulus.* Quibus verbis videtur de ieiunio hiemali, seu decimi mensis, quo quidem tempore navigatio tuta esse non solet. Deinde S. Leo, diligentissimum traditionum apostolicarum investigator, aperitissime docet, ieiunium istud ab Apostolis institutum fuisse serm. viij. *Apostolica (inquit) institutio, dilectissimi, quæ Dominum nostrum Iesum Christum ad hoc venisse in hunc mundum moverat, ut legem non solveret, sed impletet.... Quod igitur ex veteri predicatione doctrine purificationem animarum, corporumque nostrorum ieiunium septimi mensis assumimus, sed utilitatem continentis, quæ Christi Evangelio servit, amplectimur.* Et sermone viij. *Hanc observantiam utilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis præcipue est constituta ieiunio, quæ ex doctrina Spiritus sancti ita pro totius anni circulum distributa sunt, ut lex abhinentia omnibus sit adscripta temporibus. Siquidem ieiunium verum in Quadragesima, astrictum in Pentecoste, autumnale in mensis septimo, hiemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus.* Hæc sane funt ieiunia, de quibus in præsentia agimus. Subdique S. Pontifex ser. viij. ab universa Ecclesia hæc ieiunia celebrari. Fallitur ergo Dallsæus, cum asserit, hæc ieiunia in sola Romana Ecclesia tempore sancti Leonis observata fuisse.

II. Aliquam tamen circa tempus observandi eiusmodi ieiunia fuisse varietatem, ut notè concedunt Catholici; immo & circa numerum. Nam primum trium temporum ieiunium servabatur; deinde quartum decreto Callisti additum est, ut observat Bellarminus Lib. ii. de *bono oper. cap. xix.* Quod ad tempus attinet, primum ieiunium verum sub initium mensis martii celebrabatur, nullo habito ad Quadragesimam respectu. Secundum ieiunium celebrabant secunda hebdomada quarti mensis, nempe iunii. Tertium tertia hebdomada septimi mensis, idem septembris. Quartum tertia hebdomada decembris, ut

colligitur ex Concilio Moguntino, anno 813. celebrato. Communis tamen celebrata fuerunt hæc quatuor ieiunia iis temporibus quibus nunc præparantur: nimirum primum in prima hebdomada Quadragesimæ; secundum in hebdomada Pentecostes, tertium in tertia hebdomada septembris, & quartum in tertia hebdomada decembris. Quem ordinem describit S. Leo, & Gelasius prius: & hic ordo etiamnum servatur in Romana catholica Ecclesia. Ex hæc varietate inferimus, probabile fati esse, Apostolos sub præcepto non impositisse ista ieiunia, sed sub consilio. Si enim fuissent sub præcepto imposita, maiori certe extitisset in eorum observantia familiaritudo. Consectudo tamen temporis cursu vim legis obtinuit; & deinde propter fideliem negligentiam præcepta addita a summis Pontificibus fuerunt. Quod vero in Ecclesia Romana antiquissimo tempore sub præcepto ieiunia illa servarentur, coniare potest ex tot fermonibus sancti Leonis, de his ieiuniis recitatis.

III. Caussa instituenti eiusmodi ieiunia recenserentur a S. Leone ser. vi. *de ieiun. septimi mensis.* Prima est, ne Christiani in moralium virtutum excitationibus Iudeis palmam cederent. Ieiunabant autem Iudei quatuor anni temporibus, nempe mense quarto, quinto, septimo, & decimo: quorum ieiunium meminit Zacharias Propheta cap. viij. *ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi mensis erit domui Iuda in gaudium.* Secunda, ut Ecclesia Deo preces offerat pro copiosis terræ frugibus, & pro ministrorum ordinationibus: Præfatis enim temporibus sacri Ordinis conferuntur. Tertia, ut nullum fit anni tempus a ieiuniis vacuum; sed quemadmodum tempus quatuor anni partes, ita essent in earum singulis lata ieiunia; & sicuti quælibet pars tres complectitur menses, similiter quodlibet ieiunium tribus diebus peragatur.

IV. Ieiunium quartæ, & sextæ feriæ antiquissimum fuisse in Ecclesia, fatetur vel ipse Samael Balmagius in suis memoratis annalibus ad annum 871. num. 3. inquit: *Nullum sibi remissis assumeret ieiunia mercavit, & veteris, documento est Cleonæ Alexandrinus, qui de quoscio suo suo scriptum reliquit: Novit ipse, ieiunii quoque originem herorum dierum, quarti, & sexti.* Negat tamen ab Apostolis originem ducere. Idemque asserit Dallsæus eisdem sectæ. Ceterum ieiunium istud sub ipsis Apostolis cepisse, & ab illdem institutum fuisse, monumentis satis validis evincitur. Et in primis

id constat ex decretis primitivæ Ecclesiæ, quæ Apollolus ipsi adiudicatur sub nomine Canonum Apollolorum. Canon. Ixix, hæc continet: *Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Lector, vel Cantor sanctam Paschæ Quadragesimam non ieiunet, vel quartam diem, vel paraeven... deponatur; si laicus sit, segregetur.* Clarius hæc confirmat Auctor apostolicarum Constitutionum Lib. V. cap. xi. Epiphanius in Doctrina compendiaris, *Hermas Lib. III. Origenes hom. x. in Levit. Habemus (inquit) quædam, & sextam septimanæ dies, quibus ieiunantur ieiunamus.*

V. Cautam insitendum hæc duo ieiunia prodit Epiphanius in doctrina compendiaris num. 22. Eaque est dominica Passio, quæ feria quarta incipit, & feria sexta consummata fuit. Die siquidem mercurii & Iudas de proferendo Christo cum Iudeis convenit, & Iudei eodem die consilium de illius interfectione ierunt. Feria autem sexta crucifixus est. *Quarta, sextaque feria ieiunium ad horam usque novam indictum, propterea quod quarta feria comprehensus est Dominus, & sexta in crucem sublatus.*

VI. Iudæ autem ieiunium non præcepti, sed consilii fuit. Si enim per totum annum vi legis ieiunassent fideles, superflua fuissent ieiunia quatuor temporum, quæ illidem diebus peraguntur. Probabile tamen est, abstinentiam a carnibus fuisse sub præcepto, prout colligitur ex canone Apollolorum, lecus ieiunium, seu unicam comestionem. In Ecclesia autem Latina, seu occidentali, paulatim in detinuitudinem abiit; & consuetudo obtinuit abstinendi a carnibus feria sexta, & die sabbati.

VII. Ieiunium sabbati, veluti Christianis incongruum, improbat Græci, improperabantque Ecclesiæ Latinæ, quod illud observaret. Snam opinionem confirmabant ex *Canon. lxvii. Apollolorum, ex Lib. VII. constitutionum, quæ dicuntur Apollolice, & de pleudoepistola Irenæi ad Philadelphenses, & de munus ex Concilio Trullano.* Quamvis autem ab ipsis nuncupato. Inter ipsos Latinos Patres aliqua de hoc dissentio fuit. S. Innocentius I. congruum iudicavit ieiunium. S. Ambrosius, & S. Augustinus congruentius censuerunt ab hoc ieiunio abstinendum: hortabantur tamen ut quique suæ patriæ consuetudinem observarent. Tempus institutionis huius ieiunii incertum est. Antiquum tamen fuisse, ex recitato diffidio colligitur; & præcipue ex Innocentio I. qui testatur hoc ieiunium in Ecclesia Romana observari, siletque tempus institutionis. Hanc vero in confirma-

tionem istius ieiunii rationem asserit, nimirum quod, quemadmodum universa Ecclesia, tum Græca, tum Latina, ieiunium sabbati sancti & hebdomadæ antepaschalis propter Christi sepulchrum, & Apollolorum triduum; sic consuetudinem videtur, ieiunari posse singulis totius anni sabbatis. Ad ea vero quæ supra opposita sunt, respondetur, omnia discussionem monumentorum, prohibuit fuisse ieiunium sabbati in detestationem hæreticorum, scilicet Merconitarum, & Simonianorum, qui negabant Deum verum esse illum qui hunc mundum creavit, quievitque die septimo, & idcirco ieiunabant die dominico, & die sabbati, non viderentur cultum offerre Deo Iudæorum, quem non agnoscerebatur ut verum Deum universi creatorem, sed aliam visibilem Deum venerabantur a seipsis constitutum.

VIII. Obicitur, Phariseos ieiunasse bis in sabbato, idest in hebdomada, iuxta illud, *ieiunio bis in sabbato*; bis quoque in hebdomada Paganos; & quosdam hæreticos ieiunium servasse. Ergo, ne Catholici similes illius appareant, viduum in hebdomada ieiunium peragere minime debent. Respondetur, consequentiam esse fallam. Nec enim id omne quod hæretici, vel Paganus agunt, malum est. Quin plura rationi consona operantur; plura quæ pietatis, & virtutis præferunt speciem. Anne ab elemosinis abstinendum, a patientia, a iustitia, & ab innumeris aliis officiis, propterea quod eadem præstant Paganus, vel hæretici? Præterquamquod Pharisei ieiunabant feriis secunda, & quinta, ut refert Epiphanius hæresi xvi. Paganus, alique hæretici ieiunabant die solis, nempe dominica, & die lanæ.

IX. Ieiunium quod vocatur Adventus, seu quo celebratur visibilis adventus Verbi incarnati, imperantium fuisse in Ecclesia Romana, certum est. Obscura tamen illius primordia. Primus qui eisdem mentionem fecit, fuit Perpetuus Episcopus Turonensis, ut testatur Gregorius Turonensis Lib. X. *hæsi. Evaporor.* Perpetuus autem florebat circa dimidiam sæculi V. Istius quæstione ieiunii meminere Concilium Turonense, habitum anno 567. can. xviii. Concilium Matifoniense, eodem habente sæculo celebratum. Sub initium a Monachis observatum fuit singulis diebus hoc ieiunium a festo S. Martini usque ad Natale Domini; a laicis vero ter in hebdomada. Temporis deinceps tractu, nulla præcipiente lege, sed solo devotionis fervore prevalente, laici ipsi singulis diebus ieiunare ceperunt in quibusdam provinciis, præcipue in Gallia; ut colligitur ex Capitularibus Caroli Magni;

in

in quibus cap. clxxxvii. hæc habentur. *Insuper admovent Sacerdotes, ut legitima tria ieiunia in anno agantur; idest quadragesima dies ante Nativitatem Domini, & quadragesima dies ante Pascha, ubi decimas anni solvimus, & post Pentecosten quadragesima dies. Quamquam enim nonnulla ex his canonica præveniant auctoritate; nobis tamen omnibus simul propter consuetudinem plebis, & parentum nostrorum morem, hæc observare convenit.* In Ecclesia pariter Romana hæc obtinuisse consuetudinem, testatur Nicolaus I. in epistola data ad consilia Bulgarorum, in qua capite xv. narrat, Romanam Ecclesiam eiuinodi ieiunium ab antiquo tempore servare. Hanc disciplinam floruisse in Romana Ecclesia confirmat Petrus Damianus qui claruit circa dimidium sæculi XI. *Lib. VI. epist. xxxv.* Collapsum porro fuisse in Romana Ecclesia disciplinam hæc posterioribus ætatibus, colligitur ex his quæ scribit Auctor vitæ Urbani V. apud Raynaldum ad annum 1370. num. 21. Rodolphus Tugrensis in *Libro de observat. Canonum propost. xvi.* distinguit adventuale ieiunium Ambrosianum a Romano: atque illud sex septimanis concludi, & inchoari post festum S. Martini; hoc vero incipere dumtaxat dominica post festum S. Catharinæ. Istius ieiunii observantia penes Monachos, alioque sacrorum Ordinum Regulares nunquam interitæ fuit, cum hoc solo discrimine, quod eorum aliqui illud anticiparent a festo S. Martini, alii a festo omnium Sanctorum, alii a festo S. Catharinæ, alii a dominica propinquire sancti Andree Apostoli festo. Et hæc dominica prima adventus ab Ecclesia Romana nunc appellatur. Numquam fuit aliquod præceptum universale istius ieiunii. Quare ii Regulares qui vi propriæ Regulæ, aut consuetudinem ad illud sub culpa non obligantur, ut sunt Predicatores, non peccant mortaliter illud transgressores. Quoniam illud observant vi illius consuetudinis, quæ olim penes omnes vigebat, & ad culpam non obligabat; & aliunde constitutiones culpæ penam non appoluerunt. Secus dicendum de his quos propria Regula sub culpa ad illius observantiam obligavit.

X. De stationibus, eorumque ieiunio videntur Auctores loquentur. Onuphrius in *Libro de stationibus* ait, stationes nisi aliud significare quam statium in hac vel illa Basilicæ precectione. *Dalleus Lib. II. de ieiun. cap. v.* stationem ab oratione dictam existimat. Alii stationem a stando appellatam autunt, eo quod diebus dominicis fiebat, quibus Christiani stantes orabant. Sed, his,

Cons. Theol. Tom. V.

alique dicendi modis prætermisiss, deius stationem a militari vocabulo derivatam esse. Quoniam excuria (vulgo/invenita) militum stationes dicebantur. Livius Decad. IV. Lib. VIII. *Iura vallum momento temporis compelluntur, stationibus tamen firmis, ad ipsos aditus portarum relicti.* Quare, sicut militares stationes, feræ vigilia immotæ consistunt in caltris; ita fideles in Ecclesiarum caltris orantes immoti stabant. Heinc Bellarminus Lib. II. *de bonis oper. cap. xxxi.* inquit, stationem esse vigiliam diurnam tempore solemnis ieiunii. Stationem a vigilia distinguit, quod hæc nocte, illa die fiebat. Eandem a ieiunio secerat, quod hoc noctu, & interdiu fieri poterat, quod hoc stationes esse sacras excurias ieiunantium, & orantium. Et certe, ut ex Terulliano, aliique Patribus colligitur, stationes secum semper comuncta ieiunia, & preces habebant. Distinguenta tamen sunt duo ieiuniorum genera apud antiquos: unum solemne quod ab vespere solvebatur, cuius generis fuit ieiunium quadragesimale; alterum mitius, quod ultra nonam non producebatur. Hoc secundum ieiunium Catholicis observabatur in suis stationibus. Non ergo stationes erant, ut vult Bellarminus, vigilia diurnæ tempore solemnis ieiunii tantum; cum extra tempus etiam solemnis ieiunii stationes celebrarentur, præcipue feriis quarta, & sexta. Sic igitur melius definitur possunt. *Statio est ipsorum cultus, seu officium, quo certis diebus ad Martyrum converentes, sepulchra, ibique a solis ortu stantes, orationibus, adhortationibus, & sacrorum Scripturarum lectionibus, ieiunio usque ad horam nonam caventur;* ut inquit Cardinalis Cozza Tom. de *ieiunio part. II. art. 19.* ex Dionysio Petavio, qui in notis ad expolitionem fidei Epiphani, sic describit stationes: *Ego stationem, apud Terullianum præserim, religiosum illud esse fidelium officium arbitror, quo certis diebus ad Synaxim advenies, iisdem ad nonam usque perseverabant, ad quam insuper ieiunia producebant.* Quia vero Montanitas stationum ieiunia ad vespem producebant contra Ecclesiæ disciplinam, quæ ad nonam ieiunium istud solvebat, Terullianus, ut suos defenderet, Montanitas, Catholicos carpebat *Lib. de ieiun. cap. 1.* & x. Collapsum hæc primitivæ Ecclesiæ de stationibus disciplinam, fuit diversa forma ab antiqua insitauravit S. Gregorius Magnus; sicut scribit *Ioannes Diaconus in vita eiusdem Pontificis Lib. II. cap. xviii.* Cum vero eiuinodi stationes diebus dominicis Adventus, & Quadragesimæ

consecrata fuerint; a ieiunio seculi hęc remanent. Quare, ad hoc quod attinet, stationes nostrę multum differunt ab antiquis. Differunt quoque, quod in antiquis stationibus fides simul conveniebat, & ieiunii consistebat usque ad horam nonam sacrarum Scripturarum lectioni vacantes, divina officia celebrantes, & sæpe etiam divinis mysteriis cooperantes; iuxta vero recentiorę disciplinae divites non simul omnes conveniunt, sed divites, & alternatim, non amane usque ad nonam, sed qualibet diei hora, non ieiunii, sed vel ieiunii, vel pransi, in Ecclesiis pro stationibus deputatis Deo preces fontitur. Stationum celebratas, tum antiqua, tum recens, libera semper fuit ab omni lesse precipiente.

XI. Vigiliarum disciplina originem duxit ab exemplis tum ipsius Christi Domini, de quo ait Lucas cap. vi. *Erat pernoctans in oratione Dei*; tum Iuorum Apollolorum, maxime Pauli, de quo idem Lucas inquit Act. cap. xvi. *Media autem nocte Paulus, & Silas orantes laudabant Deum, & audiebant eos qui in custodia erant*. His permoti exemplis primi Christiani in pervigilio alicuius solemnitatis ad Martyrum sepulera nocte vigilantes orabant. De his Christianorum vigilantiis mentio fit ab ipsis profanis Scriptoribus, a Luciano in *Dialogo Philopat.* ab Ammiano Marcello *Lib. xxxiii. hist.* & a Plinio iunior *Lib. x. epist. xxvii.* ad Traianum Augustum. Plinii testimonium refert Tertullianus in *Apolog. ad cap. 11.* his verbis: *Plinius enim secundus, cum provinciarum regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsus, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, consulit tunc Traianum Imperatorem, allegans preter obsessionem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quam vetus ad considerandum disciplinam. Quamvis autem Imperatores & Præfides pagani eiusmodi nocturnas vigilas Christianis prohiberent; isti nihilominus in sua disciplina perseverabant. Invenit seculo quarto, feminis veritum fuit in cæmeteriis vigilare; ut colligitur ex Concilio Iliberitano, ubi canonice xxxv. hæc habentur: *Placuit prohiberi, ne feminæ in cæmeteriis pernoctent, eo quod sæpe sub obtentu orationis scelera lateat committant. Cæmeteria loca erant subterranea, valde obscura, in quibus facilius erat scelera perpetratio. Idcirco femine, non in cæmeteriis, sed in privatis oratoriis, que in domibus habebant (nondum enim Christianis publica**

templa concessa erant) vigilas habebant. Sanctus Augustinus *serm. cclii. de temp.* Christianos hortatur ad has sacras excubiis, maxime in pervigilio diei dominicę. *A vespera die sabbati usque ad vesperam dominici diei sequestrati a usuali opere, & ab omni negotio, festi divino cultui vacemus. Veniat ergo, cuiuscunque possibile est, ad vesperam, ac nocturnam celebrationem, & oret ibi in concortio Ecclesię pro peccatis suis Deum.* Diu in Ecclesię hæc vigiliarum disciplina obtinuit. Siquidem tertio decimo sæculo ante in Angliã viguisse liquet ex Concilio Oxoniensi, anno 1212. sub Honorio celebrato, in quo cap. viii. numerus vigiliarum statuitur. *Hæc sunt vigilie statute ad vigilandum. Vigilia Nativitatis Domini, vigilia Pasche, vigilia Pentecostes, Litania maior, dies Rogationum, vigilia S. Ioannis Baptistę, vigilia Apollolorum Petri, & Pauli, &c. Verum, hominum multitudo latius permanente, in Concilio generali Viennensi, celebrato sub Clemente V. anno 1311. multa, & gravia delicta, que vigiliarum morem consequebantur, repræsentant Patres: eaque refert Pontifex in sua Clementina, *Græci nimirum turbatione, de celebr. Miss. Nonnulli etiam (inquit Pontifex) tam Clerici, quam laici, præsertim in certorum festorum vigilis, dum in Ecclesiis deberent orationi insistere, non verentur in ipsis, eorumque cæmeteriis choreas facere dissolutas, & interdum canere cantilenas, ac multas insolentias perpetrare, ex quibus Ecclesiarum, & cæmeteriorum violantias, inhonestas, variegatas delicta quodque sequuntur, & ecclesiasticam disciplinam perturbant officium in divinis ministeriis ostentant, & astantium scandalum populorum.* Precepit ergo Prelatus omnibus Pontifex summus, ut opportunitis remediis tanta mala de medio tollerent. Idemque statutum fuit in pluribus Conciliis provincialibus. Non ob id tamen penitus desit vigiliatum mos; sed diu adhuc invalidi, & ad tempora nobis proxima pervenit. Nam in Provincia Forouliensi sextodecimo labente sæculo vigiliarum disciplinam obtinuisse, colligitur ex Concilio Aquileiensi, sub Clemente VIII. celebrato anno 1566. in quo hæc decernuntur can. xvii. *Statuimus etiam ritum agendi vigilas, seu in Ecclesiis pernoctandi, omnino tollendum esse, ac modis omnibus ab Episcopis abolendum.* Tandem, sublati profanis vigilis, remanent ieiunia, que una cum vigilis a fidelibus observabantur. Quomodo enim stationibus diurnis, ita & vigilis nocturnis constituta fuerit ieiunia. Non ergo hæc substituta fuerunt vigilis, ut*

qui-

quibusdam visum est; sed ieiunia, que in usu cum vigilis erant, ad nos pervenere.

XII. Rogationes, ut ipsum nomen sonat, sunt publicę preces, quas Græci *Litanias* vocant, quasle Patres instituerunt ad divinam implorandam misericordiam. Pervigilium volunt esse Scriptorum multi illarum ulum. De illis mentionem fecisse propagant Tertullianum. *Libro ad uxorem cap. vi.* verbis illis: *Si procedendum erit, nunquam magis familia occupatio adveniat.* Renato in notis ad hunc locum hæc scribit. *Porro processiones ceremonias antiquas esse vel ex hoc loco colligere potes, certe non commendandas, si cum attentione animi peragantur. . . . Hinc processio, & tam indelinita, ut usum a principio apud nostros tum ex hoc Tertulliani testimonio convincimus. Verba ergo Tertulliani hunc sensum produunt: si processiones sit interessendum, nunquam magis familia occupatio adveniat. Primus itaque rogationum institutor non fuit Mamertus, sive Mamertus Episcopus Viennensis; sed celsoplam rogationum, sive litaniarum disciplinam ipse instituit; ut testatur Sidorius Apollinaris Atrvernensis Episcopus, qui eodem taculo claruit, *Lib. XV. epil. iv.* ad Aprem. *In Urbem tamen (ni fallimur) rogationum contemplatione revocare, quarum nobis solemnitate primus Mamertus Pater, & Pontifex Reverendissimus exempli, & mirabilis experimento reverent, instituit, invenit. Erant quidem prius consuetudines fidei pace dicitur) esse, repetitis, infrequentibus, si dixeris, & supplicationibus, que sæpe interpellationum prædicationum obicibus hebetabantur; maxime autem, ut nihil amplius dicam, sigulo pariter, & que hortulano non oportuit convenire. In his autem, quas suprafactus Sacerdos & protulit pariter, & contulit, ieiunatur, oratur, plauditur, fleat. Mamertus igitur, ut terramotus, incendia, aliisque flagella averteret, maiori cum devotione, videlicet in ieiunio, fletu, & planctu, debique statutis, ante nempe Alcenionem Domini, rogationes celebrandas curavit. Hæc tamen rogationum disciplina consistit, non precepti, fuit. Varius esse etiam illarum usus. Nam quædam Ecclesię eas celebrant cum triduo ieiunio, ut in Italia. Aliæ cum solo ieiunio festo quartę. Quicquid vero iuxta Ecclesię consuetudinem teneat.**

XIII. Inter ieiunia, que intra annum celebrare solebant primi Christiani, illud maxime memorabile est quod calendis Ianuarii


observabant. Dies iste Gentilibus solemnissimus erat. In eo oppara convivia, pinguiores victimas multiplicabant; qui designati tali die Consulæ erant, populi multitudine stipati Capitolium adibant. Iovi optimo maximo iuges invencos mactabant; multaque aromata, & thymiamata creabant. Erat quoque eodem die festum Iano sacrum, & festum dedicationis duorum templorum Æsculapii, & Iovis in insula Tiberina. Porro sancti Patres, ut a populo christiano quamlibet superstitionis litem amoverent, illam ipsam diem ieiunio consecraverunt. Hinc est quod D. Ambrosius reprehendit Christianos quosdam, qui Eucharistiam superstitiosius accedentes, eundem diem in ludis, & spectaculis transiebant. *Quomodo igitur (inquit sermo) ne habito in calendis Ianuarii) potest religiose Epiphaniam Domino procurare, qui tam calendis, quantum in vobis est, devotissime non celebrat? Ianus enim homo fidei inimicus conditor civitatis, que Ianiculum nuncupatur, in cuius honore calendis festi Ianuæ nuncupate: unde qui calendis Ianuarii colit, peccat: quoniam homini mortuo desunt divinitus obsequium. . . . Ergo, fratres, omni studio Gentilibus festivitatem, & ferias declinamus; ut, quando illi epulantur, & læti sunt, tunc nos sumus sobrii, aque ieiunii; quo intelligant lætissimi suam nostram abstinentiam commendari.*

XIV. Quomodo sunt dies ieiunio addicti, ita sunt dies quibus ieiunare non licet, alique peculiaritate impediti. Nam absolute nullus est dies in quo ieiunium non sit laudabile. *Diurnam* (inquit Hieronymus epil. xxviii.) omni tempore ieiunare possemus, quod in actibus Apollolorum diebus Pentecostes, & die dominico Apollolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legitimus. Nihilominus sub ipsis Apollolis consuetudo obtinuit abstinentiæ a ieiunio omnibus diebus dominicis, & toto tempore quod fuit a Paschate ad Pentecostem. Consuetudinem hanc magis firmavit Eustathianus, & Manichæi. Hi siquidem, ne lætari viderentur de Christi Reliquatione, quam veram esse negabant, & commentationi predicabant, dies dominicos in severo ieiunio, lactu, & planctu transiebant. Alii quoque heretici die dominico ieiunabant in contemptum Catholicorum. Quapropter ob lætissimam Reliquationis Christi, tum in detestationem illarum heresim, Patres instituerunt ne die dominico, aut tempore paschali fides ieiunium evanesceret. Quod adeo verum est, ut Augustinus epil. xxviii. ad Calulanum aserat, scandalum fore, si quis

F 4 tali

tali die ieiunaret. Die autem dominico (inquit) ieiunare scandalum est magni, maxime postquam innotuit detestabilis, multumque fidei catholicae, Scripturisque divinis aperissime contraria Manichæorum hæresis, qui suis auditoribus ad ieiunandum istum tanquam legitimum constituerunt diem, per quod factum est ut ieiunium dei dominici horribilius haberetur. Si quis tamen ex sua devotione ieiunare vellet tum diebus dominicis, tum tempore paschali; nullum peccatum perpetraret, sed

actum bonum exerceat; dummodo abesse scandalum, aut contemptus consuetudinis ecclesiasticæ. Ecclesia enim illa ieiunia improbat quæ ex superstitione, errore, aut contemptu ecclesiasticæ consuetudinis fiunt; scilicet illa quæ ob aliquem optimum finem, vel ad superandam aliquam calamitatem, vel ad propulsiendam aliquam calamitatem peragerentur. Quare, si aliqua necessitas urgeret, Episcopus posset, etiam paschali tempore, congrua ieiunia indicare.



DISSERTATIO II.

DE IEIUNIO.

Superiore dissertatione ea expedivimus quæ Catholici communi consensione docent adversus heterodoxos circa ieiunium. Eorum errores brevi sermone, prout insitit ratio postulat, convellimus. Illud nunc reliqui est, ut quæ circa ieiunium ipsum Catholici inter disputantur in utramque partem, edisseram. Quod dum prætulo, methodo mihi præstiturè instilam. Primum omnium quid evitandum sit præfaciam: siquidem centum ob oculos ponam tum propositionum quæ olim a quibusdam evangelicæ Moralitatis tractatoribus propugnabantur, & nunc ab Ecclesia proscriptæ sunt; tum aliarum opinionum, quæ quavis proscriptæ nondum sint, nimiam tamen, ut nobis videtur, præferant laxitatem: deinde regulas observandi ieiunii præscribam.

CAPUT I.

Census propositionum quæ in ieiunii materia ab Ecclesia proscriptæ fuerint, quæque, licet non proscriptæ, nimiam prædent laxitatem.

§. I.

Propositiones de ieiunio ab Alexandro VII. summo Pontifice anno 1666. damnatæ.

I. **F**rangens ieiunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel imobedientia hoc faciat; puta, quia non vult se subicere præcepto.

2. In die ieiunii qui sapis modicum quid comedit, est mortalem quantitatem in fine comedit, non frangit ieiunium.

3. Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione ieiunii; nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum ieiunio.

4. Excusantur absolute a præcepto ieiunii omnes illi qui iter agunt egitando, necumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant.

5. Non est evidens quod consuetudo non comedendi ova, & lacticia in Quadragesima obliget.

II. Has omnes propositiones ad examen revocabimus suis locis: quoniam licet proscriptæ fuerint; rationes tamen, quibus Auctoritatem eadem propugnabant, universales cum sint, adhiberi solent ad alias similes propositiones defendendas, ut licitas, quæ tamen in præfatis damnatis assertionibus continentur, ut, data occasione, palam fiat.

§. II.

Census propositionum quæ ab aliquibus Auctoribus catholicis defenduntur, quæque nimis laxæ videntur.

I. **D**ormire quis nequit, nisi sumpta vespere cœna: tenetur ne ieiunare? Minime. Si sufficit mane collatiunculam lumere, & vespere comare, tenetur ne ad id? Non tenetur. Quia nemo tenetur pervertere ordinem refectionis. Ita Filiucius, Escobarus Theol. Moral. tract. 1. exam. 13. cap. 111. num. 67. Leander tract. v. disp. viii. quest. xxx.

2. Qui in die ieiunii dat operam ludo pilæ, venationi, vel actibus venereis, ex intentione, ut factus impotens non ieiunet, non peccat contra præceptum ieiunii. Rocafull. in præxi Theol. Moral. Tom. II. lib. III. cap. ix. num. 153. apud Dianam coord. Tom. IV. tract. vi. resol. 18. ubi ait num. 1. Hanc sententiam impugno, quatenus ait, dantem in die ieiunii mere voluntarie operam ludo, venationi, nimio, quod peius est, & nimio coluit in fraudem ieiunii, ea intentione ut effectus impotens, non ieiunet, non peccare ullo modo contra præceptum ieiunii, neque etiam quando apponit tale impedimentum ieiunii, cum illa expressa intentione, ut postea non ieiunet. Hanc